

non tenetur admittere probationem, vel appellationem, sed potest se defendere gladio spirituali, & temporali, vt cap. dilectio, de sententia excommunicata in 6. Subdit etiam Panormit. quod si sit dubium, quis sit in possessione, pender ex futuro euentu; si enim declaratur Episcopus esse, tenebitur excommunicatio; si vero declaratur monasterium esse in possessione, non tenebitur. Sed hoc non placet, quia, vt statim dicam, excommunicatio nunquam est in pendentia, nec pender ex futuro euentu; maximo quia in hoc casu iustissime propter dubium se tueretur monasterium.

128. Secundo limita conclusionem, quod appellatio precedens suspendat censuras, quando appellatio est legitima, id est, habet essentialiter requisita, vt sit valida; alia enim appellatio, cum non sit valida, non operatur appellationis effectus. Probatur ex cap. licet, de sententia excommunicata in 6. ibi, licet excommunicationis sententia post appellationem legitimam, & cap. 1. de appellat in 6. vers. quod si, vbi sic dicitur, si appellatus praemissa non obseruet, reputabitur non appellans; & patet etiam ex iis, quae tradit Felinus cum aliis, quos refert cap. cum dilectio, de rescriptis, in 6. §. gesta contra formam, vbi late tradit gesta contra formam actus omnino conuere: & in propriis terminis tenet Couarr. pract. cap. 23. numer. 4. vers. 6. vbi haec dicit, Quoties appellatio iure non est admittenda, non operatur effectum suspensionum, nec denunciationum; & Lancel. de attent. 2. part. cap. 12. limita. 30. a. numer. 1. per plures. Guido Papa decis. 213. numer. 6. Francus cap. vt debitus, numer. 47. de appellat. & multi alij, quos refert ibi Lancel. dicunt appellationem suspendere, quando est valida: & addit Lancel. a. numer. 3. vs. que ad 13. non tantum hoc intelligi, quando appellatio est nulla, quia est friuola, & frustratoria, vel quia est prohibita appellatio, sed etiam quando poterat interponi; at est nulla ob defectum aliquem substantialem requisitum ad appellationem, vt quia sit a minus legitima persona, non coram legitimo iudice, vel ad non legitimum iudicem, vel non interponitur tempore debito; & sic Gloss. cap. suggestum, de appellat. vers. in vocem, dicit quod si Episcopus sic excommunicet, & absens appellem, non suspenditur excommunicatio; quia deficit aliquid substantiale appellationi, scilicet vt interponatur coram iudice a quo. Habes etiam infra.

129. Intellige tamen haec, nisi iudex etiam ex ignorantia deferat appellationi, quia quantumcumque inuvalida sit appellatio, modo sit interposita intra legitimum tempus, scilicet decem dies, suspendit, si iudex illi deferat, vt dixi late supra hoc eodem dubio. Si vero sit interposita post tempus, etiam si iudex illi deferat, non suspendit; si tamen antequam labatur tempus appellandi, iudex ad quem inhibeat iudicem a quo, vt dixi etiam supra hoc eodem dubio.

130. Sed quid dicendum, quando appellatio est friuola, non quia habeat defectum alicuius substantialis requisiti, vt sit valida, sed quia causa grauaminis est falsa, v. g. excommunicat me iudex, nisi soluero intra decem dies centum aureos, quos reuera debeo; appello allegans falsum, me non debere, quia iam illos solui, & offero me probaturum: dubitatur, an haec appellatio

suspendat excommunicationem, ita vt transactis illis diebus non maneam excommunicatus non soluens.

Vt aeternamus certa ab incertis, certum est, quod si iudex a quo detulit appellationi, vel licet non detulerit, est inhibitus pro iudicem ad quem ante lapsum termini, in quo erat incurrenda excommunicatio, suspendit, vt proxime dicebam.

Sed dubium est, quando iudex a quo non detulit appellationi, nec est inhibitus intra dictum terminum; & in hoc casu duplex est sententia.

Prima docet, quod si est notorium, & constat appellationem esse friuolam, non suspenditur excommunicatio, sed ligat: si vero id non constat, sed dubium est, tunc quoad nos est dubia excommunicatio, & pender ex futuro euentu, sed in se statim ligat, vel non ligat, si enim declaratur appellationem valuisse, non ligabit, si autem declaratur non valuisse, ex tunc ligabit; quia ipsa excommunicatio nunquam sit in suspensio. Probatur, quia talis appellatio reuera est friuola, vt dixi supra; & vt ibi dixi, appellatio friuola non suspendit, alias nunquam verificaretur, appellationem friuolam, id est, ex falsa causa, nihil operari. Secundo, quia cap. licet, de sententia excommunicata in 6. dicitur appellationem legitimam suspendere, vbi Glossa vers. legitima, inquit, id est, ex causa vera; & cap. venerabilibus, de sententia excommunicata in 6. §. sed si, dicit textus, suspendere, si ex legitima, & probabili causa appelleretur: at falsa causa non est legitima, nec probabilis. Hanc tenent Panormit. cap. pastoralis, §. verum numer. 14. de appellat. & ibi Henricus numer. 11. 12. & ibi Anton. numer. 17. & ibi Glossa vers. excommunicatio secum. Cardin. ibi numer. 3. Anchar. ibi numer. 8. Ioan. And. & Holt. ibi. Neuo ibi numer. 21. 22. 23. Immo ibi numer. 5.

Secunda sententia probabilior docet, quod excommunicatio nunquam pender ex futuro euentu, sed quando sententia censura fertur post appellationem legitimam, statim est nulla, nec oportet aliter iustificare, & probare veritatem causae appellationis, an sit vera, vel non: sed fat est, quod sit appellatum prima facie ex tali causa, quae si esset vera, deberet legitima reputari, vt excommunicatio post appellationem lata non valeat: vnde frustra expectatur hic futurus euentus. Haec tenent formalia, & ad pedem litterae verba Doctorum huius sententiae, quos mox referam. Probatur ex cap. vt debitus, de appellat. vbi docens textus appellationem interpositam ex legitima causa suspendere, subdit explicans, quae sit causa rationalis, id est, iustis, quae si suspiceret probata, deberet legitima reputari; & idem ibi Glossa vers. ex rationabili. Item, quia iudex a quo tenebatur admittere talem appellationem, cum sit manifeste friuola, immo causa rationalis, de cuius salute non illi constat, allegatur: vt patet ex supra dictis: ergo licet non deferat, suspenditur eius iurisdictione, vt constat ex dictis. Item quia quando allegatur causa iusta, licet postea non iustificetur ea causa, appellatio illa amittitur postea facta, vt docent Francus cap. bona, numer. 35. vers. secunda conclusio, de appellat. & alij, quos ibi refert, & Rota, & Immo, quos refert ac sequitur Lancel. de attent. 2. part. cap. 12.

cap. 12. ampliat. 8. numer. 2. 3. 4. & limita. 1. numer. 48. 90. 91. & etiam si postea declaratur causam appellationis non fuisse iustam, vt docet Lancel. de cap. 12. limita. 6. numer. 46. 47. & Nauarr. lib. 1. consil. in nouis. tit. de offic. delegat. consil. 5. numer. 5. Et licet non probetur veritas causae, Syluest. verbo appellatio, quest. 2. Angel. ibi numer. 11. Tabien. quest. 12. §. 13. vnde dum textus, & Doctores citati pro prima sententia dicunt appellationem friuolam, & ex falsa causa, vel non rationabili, nil operari, intelliguntur, quando notorie est falsa, vel ita inanis, & frustratoria, vt etiam probata, & verificata non reputaretur iusta, & hoc esset clarum, vt probaui ex cap. vt debitus, de appellat. nam quoties dubium, tenetur iudex appellationem admittere, vt probaui supra hoc eodem dubio. Hanc tenent Francus cap. pastoralis, §. verum, numer. 7. de appellatibus, & Decius ibi numer. 14. & docti Iurisperiti ex inferioribus.

234. Hinc fit minus bene Syluest. verbo suspensio, q. 3. Bernard. & Hostien. cap. pastorale, de appellat. quos ibi refert, dicere quod appellans ex causa non legitima ab excommunicatione, & postea celebrans, si postea iudex declarat causam non fuisse legitimam, erit irregularis: at contrarium est omnino dicendum, quia haec irregularitas est in poenam contemptus censurae; hic vero deest hic contemptus. Item quia, vt dixi, haec appellatio suspendit. Sic Glossa communiter recepta cap. foler, vers. in officis, de sententia excommunicata in 6. Francus, & Probus ibi. Nauarr. cap. cum contingat, de rescriptis, remedio 3. & vtraque summa Lat. cap. 23. numer. 104. sub finem, Couarr. cap. alma mater, 1. part. §. 7. numer. 7. sub finem.

235. Tertio limita conclusionem principalem, quod appellatio precedens suspendat censuras, modo in appellatione exprimat causa rationabilis, & probabilis grauaminis (quae vero sit rationabilis, & probabilis causa, explicui supra numer. 233.) & ratio est, quia sententiae censurarum sunt interlocutoriae, vel trahuntur ad naturam sententiae interlocutoriae, quia omne praecipuum iudicis, & omnis vox eius ad causam faciendam dicitur sententia interlocutoria, vt bene Syluester, Angelus, Tabien. Armill. vbi infra. Et quod sententiae censurarum sint interlocutoriae, docent Syluest. verbo sententia, quest. 3. Angelus ibi initio, Tabien. ibi, §. 1. Atmill. ibi numer. 1. Hieronymus. Paulus praebica cancellar. tit. si non obstat, de lapsu temporis, fol. apud me 553. in praxi beneh. Rebuff. in fine. Panormitan. cap. pastoralis, §. verum, numer. 11. de appellat. & cap. praeterea, el. 2. eodem tit. numer. 14. & cap. sacro, de sententia excommunicata numer. 5. Ioan. And. cap. venerabilibus, sine, de sententia excommunicata in 6. Felin. rubr. de sententia & re iudic. numer. 15. Francus cap. 1. de appellat. in 6. §. 1. numer. 5. Archidiaconus, dicto cap. venerabilibus, numer. 3. sine, Dominicus. Anton. Cardinal. & multi alij, quos refert ibi Felinus, at in appellatione ab interlocutoria neesse est, vt valeat exponere causas, vt dixi supra numer. 186. & pluribus aliis numer. sequent. Sic tenet Innocent. cap. ad reprimendam, de officio ordinis numer. 2. & cap. per tuas, de sententia excommunicata numer. 3. Panorm. cap. sacro eodem tit. numer. 4. Speculator tit. de appellat. §. qualiter, numer. 2. Syluest. verbo appellatio, quest. 4. Ioan. And. Felin. Francus hic citati. addunt Innocent. cap. per tuas, numer. 3. & Ioan. And. Th. Sanchez. Consil. moral. Tom. I.

dicto cap. venerabilibus, sine, quod licet aliqui dicant valere appellationem ab his censuris absque expressione causae; at id non est verum ratione dicta: & Nauarr. cap. cum contingat, de rescriptis, 6. causa, numer. 7. 8.

Hinc inferitur primo, quod etiam appellatio a censuris, vt suspendat, debet esse in scriptis, quia appellatio ab interlocutoria, vt valeat, semper debet esse in scriptis, vt dixi supra numer. 182.

Secundo inferitur, quod sicut iudex potest reuocare sententiam interlocutoriam male datam, non vero diffinitiuam, ita potest suam excommunicationem iniuste latam reuocare, non obstante contradictione partis aduersae. Sic Panormitan. cap. sacro, de sententia excommunicata numer. 5.

Quarto limita conclusionem principalem, vt appellatio precedens non suspendat excommunicationem, quando alter litigans appellat ad Papam; alius vero ad inferiorem, tacito quod alter appellat ad Papam; & ille iudex ignorans alterum appellasse ad Papam, citat eum, & non comparat, nec mittit responsalem, quod appellat ad Papam: si enim iudex hic excommunicet eum pro contumacia, valet. Sic habetur expressè cap. si duobus, de appellat. & Glossa vers. tenebit, reddit rationem, quia debuit ire, & allegare priuilegium suum. Idem Duenas regula 42. limita. 4. vide supra numer. 147. vbi ad hunc textum habes duas limitationes.

Quinto limita conclusionem, vt appellatio precedens non suspendat excommunicationem, & censuras, quando iudex datus est cum clausula, appellatione remota: cum enim non teneatur deferre appellationi, si excommunicat post appellationem, valet etiam si alter probabiliter appelleret, nisi illa appellatio expressè reperitur in iure approbata in illo casu; quia alia appellatio non suspendit iurisdictionem iudicis a quo. Sic tenent Panormitanus cap. pastoralis, de appellat. initio, numer. 9. & ibi Francus numer. 7. & ibi Decius numer. 35. Abbas antiquus ibi, teste Franco, Lancel. de attent. 2. part. cap. 12. ampliat. 8. numer. 11.

Secunda conclusio principalis est. Si appellatio sit interposita post sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interditi, non suspendit, nec tollit effectum harum censurarum, sed valet. De excommunicatione habetur cap. pastoralis, §. verum, de appellat. & de interdicto habetur expressè cap. ad hoc quoniam, el. 5. de appellat. & de excommunicatione, & suspensione habetur expressè, cap. 12. cui, sine, de sententia excommunicationis in 6. Ratio assignatur in textu dicto cap. pastoralis, §. verum, quia haec sententiae secum trahunt executionem, licet Panormitan. & Doctores ibi valde dubitent de hac ratione, & nituntur alias assignate.

Amplia primo conclusionem, vt non obstant tali appellatione possit iudex a quo interim, dum non abfoluitur, priuare illum fructibus beneficij, & distributionibus quotidianis; quia excommunicatus is priuatur. Sic Panormit. cap. pastoralis, §. verum, de appellat. numer. 17. & ibi Immo, & Francus ibi. Duenas regula 42. limita. 8. Maranta practica 6. part. tit. & quandoque appella-

eur, num. 179. Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. li. 1. 2. num. 1.

242 Secundo ampliatur aliqui, non obstante appellatione, posse denunciari; sed de hoc habes dub. sequenti.

243 Limita tamen primò conclusionem, vt appellatio post excommunicationem, & alias censuras interposita, ipsas non suspendat, at si appellatur à declaratione, seu denunciatione excommunicationis, & censurarum, suspendet, & talis non potest declarari: quòd si declaratur, non valebit declaratio. Sic Tabien. verbo appellatio, quest. 9. num. 10. Syluest. ibi quest. 5. Angel. ibi num. 8. Maranta practica, 6. part. tit. 8. quandoque appellatur, num. 180. Felin. cap. Rodolphus, de rescript. num. 43. multos referens. Francus cap. 15. cui. 5. sane, num. 1. de sentent. excommunicat. in 6. Lancellot. de attent. 2. cap. 12. limitat. 1. 1. n. 22. Cardin. & Laps Clem. 1. §. si quis, de sequel. possess. quest. 11. Decius cap. penit. 2. el. 1. de appellat. Covarr. cap. alma mater, 1. part. §. 10. num. 4. Ioann. Andr. cap. pastoralis, §. 2. v. 1. de appellat. & ibi Immola sine, Duenas regula 42. limitat. 8. Enriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 16. num. 2. Perulius cap. 15. cui. 5. finali, de sentent. excommunicat. in 6. Nauar. cap. cum contingat, de rescript. causa 15. nullitate, & lib. 5. consil. in antiquis, tit. de sentent. excommunicat. consil. 12. Gratian. regula 173. num. 1. limitant Immola, Tabien. Angel. Syluest. Francus & Lancellot. num. 25. nisi factum esset notorium: & addunt Angel & Tabien. ita vt nulla tergiversatione celari possit. Sed adhuc in hoc casu non potest hodie denunciari, quia licet non appellasset à denunciatione, sed à sola excommunicatione, non potest hodie denunciari; quia licet non appellasset à denunciatione, sed à sola excommunicatione, non potest hodie denunciari, vt habes dub. sequenti.

244 Nota in tantum hoc esse verum, quòd appellans à declaratione excommunicationis, de cuius valore dubitatur, licet postea iudex ad quem declarat fuisse validam excommunicationem; non sit irregularis celebrando. Ratio, quia hic non est contemptus obseruantie excommunicationis. Sic Immola, Dominicus, Laps Clemens. 1. de sequel. possess. Felinus cap. Rodolphus, de rescript. num. 43. Nauar. vtraque summa Latin. cap. 23. num. 104. sub si rem. At collatio beneficij huic facta erit irrita, quia ab hoc non excusat ignorantia. Felin. ibi.

245 An verò sine citatione possit aliquis denunciari, dicam alibi.

246 Secundo limita conclusionem, vt intelligatur de suspensione, & interdicto à spiritualibus, vt ab ingressu Ecclesie, à sacris ab officio: at si sint à temporalibus, suspenduntur per sequentem appellationem; vt si sit interdictum, vel suspensio ab ingressu pomerij possessionis, vel aqua, & igni. Ratio, quia cap. 15. cui. 5. de sentent. excommunicat. in 6. tantum dicitur, non suspendi per appellationem subsequentem suspensionem, & interdictum ab Ecclesia ingressu, & ab officio: & sic tantum habet locum in iis spiritualibus, per quos ligatur anima. Sic glossa eo cap. 15. cui. 5. sine, Neuo cap. hac quoniam, de appellat. num. 3. & ibi Francus num. 5. Ioan. Andr. num. 2. Panorm. num. 1. Henricus num. 6. Decius num. 6. Innocent. num. 1. Anton. num. 2. Immola num. 1. Hostiens. & Bald. ibi. Prapof. ibi num. 2. Syluest. verbo suspensio, quest. 3.

Armill. ibi num. 19. Tabien. ibi num. 9. Angelus suspensio, 2. num. 1. limitat Decius, nisi id temporale esset connexum, & dependeret ab excommunicatione, vel interdicto in diuinis.

247 Sed quid dicendum de sententia depositionis ab ordine. Iuxta sententiam Host. Syluest. Tabien. Armill. Innocent. infra citandum num. 251. aliter tunc non suspendi per appellationem subsequentem suspensionem à beneficio, quia est quid spirituale: idem dicendum erit de depositione ab ordine, quia est quid spirituale.

248 At verus est sententiam depositionis suspendi per appellationem sequentem, sicut alie sententie capitales suspenduntur. Nec obstat, quòd depositio ab ordine continet in se suspensionem, quia respondent Doctores citandi huius sententiae, quòd differunt in hoc, quòd suspensio non dicitur ex natura sua remotionem perpetuam ab altaris ministerio, sed ad tempus: at depositio est perpetua remotio ab altaris ministerio; vnde (inquunt) depositio non est proprie censura: vel (vt dicit Syluest. verbo degradatio, in intro.) differunt suspensio, degradatio, & depositio, quòd degradatio proprie importat priuationem executionis legitimae officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum simpliciter, & ex toto absque spe restitutionis cum certa solemnitate, & priuatione omnis privilegij clericalis; & depositio verò est priuatio eorumdem absque spe restitutionis, & perpetua, sed retento clericali privilegio canonis, & fori: suspensio est priuatio eorumdem simpliciter, & ad tempus cum spe dispensationis: at speciale est in censuris, ne suspendantur per appellationem subsequentem; quia sunt medicinales, & ad correctionem ordinata, ne pretextu friuolarum appellationum impediatur correctio; at depositio est maxima poena. Sic tenent Neuo cap. sape, de appellat. num. 81. 84. Francus ibi num. 32. 33. Panorm. ibi num. 15. gloss. ibi vers. sententia, Anton. ibi num. 30. Prapof. ibi num. 38. Lancell. de attent. 2. part. cap. 12. prefatione num. 84. 95.

249 Hinc fit idem dicendum à fortiori de sententia degradationis, quòd scilicet suspenditur per appellationem subsequentem.

250 Secundo inferitur contra Neuo dicto cap. sape, num. 81. dicentem non posse sic depositum, penitente appellatione, exercere ea, quae habet ratione publici officij; secus quae ratione priuati inferitur (inquam) posse vtraque exercere sicut ante depositionem, quia reuera non est depositus: cum enim appellatio suspendat sententiam, reducit res ad pristinum statum. Sic Francus eo cap. sape, num. 86. & ibi glossa vers. sententia. Panormitan. cap. 2. vt lite pendente, num. 6. Anton. eo cap. sape, num. 30. Lancellot. vbi proxime citatus.

251 Sed quid dicendum de sententia suspensionis à beneficio. Quiddam dicunt suspendi per appellationem subsequentem, quia est suspensio à perceptione fructuum, vel à prebenda; quia haec temporalia sunt: secus si est suspensio ab ipso beneficio, vel canonicatu, quia haec spiritus alia sunt. Sic Host. cap. ad hac quoniam, el. 5. de appellat. & videtur ibi tenere Innoc. & idem dicit videri tenendum Syluest. verbo suspensio, q. 3. & tenet ibi Tab. q. 8. §. 9. & Angel. suspensio, 2. num. 1.

252 At verus est suspendi per appellationem subsequentem

sequentem suspensionem à beneficio; quia cap. 15. cui. 5. de sentent. excommunicat. in 6. tantum dicitur non suspendi suspensionem ab officio, & ingressu Ecclesie: & sic tantum habet locum in his spiritualibus, per quos ligatur anima, & quorum violatio inducit irregularitatem. Sic glossa eo cap. 15. cui. 5. sine, & ibi Ioan. Andr. Nauar. lib. 1. consil. in amicus, tit. de elect. consil. 8. Henricus cap. ad hac quoniam, el. 5. de appellat. num. 6. 7. Panorm. ibi num. 1. Neuo ibi num. 3. Francus ibi num. 3. Anton. ibi n. 3. Immola ibi num. 1.

253 Hinc inferitur suspendi etiam per appellationem subsequentem suspensionem à pontificalibus, & vlti pallij, quia horum violatio non inducit irregularitatem, & quia haec plus dependent à iurisdictione, quam à potestate clauium. Sic contra Innoc. dicto cap. ad hac quoniam, n. 4. sine, tenent ibi Neuo num. 7. Panormitan. num. 1. Immola num. 1. Francus num. 3. Nauar. proxime citatus. Anton. eodem cap. num. 5.

254 Secundo inferitur suspendi etiam per appellationem subsequentem suspensionem a voce actiua, & passiuà, à collatione, vel possessione beneficij, quia horum violatio non inducit irregularitatem. Sic Nauar. proxime citatus.

255 Tertio limita conclusionem, vt intelligatur non suspendi suspensionem per appellationem subsequentem, quando suspensio imponitur ob contumaciam, vt si iudex iubeat aliquid facere sub poena suspensionis late: secus verò quando imponitur in poenam delicti, vt si iudex ob aliquod delictum damnet clericum poena suspensionis, talis enim sententia suspensionis suspenditur per appellationem subsequentem. Hoc est contra Neuo cap. ad hac quoniam, el. 5. num. 9. & cap. sape, num. 86. de appellat. & ibi Francus num. 34. & Azcedo lib. 3. recopil. tit. 5. l. 12. num. 3. dicentes non suspendi per appellationem subsequentem suspensionem inflictam in poenam delicti, quia cap. 15. cui. 5. de sentent. excommunicat. in 6. simpliciter dicitur, quòd suspensio ab officio non suspenditur per appellationem subsequentem; ergo indistinctè debet intelligi, siue fiat ob contumaciam, siue ob delictum. At satis probabile est suspendi per appellationem subsequentem. Ratio, quia ideo dicunt Doctores, vt dixi supra num. 247. sententiam depositionis suspendi per appellationem subsequentem; quia est speciale in censuris, vt non suspendantur, quia sunt medicinales, cap. 1. de sentent. excommunicat. in 6. fiunt enim vt peccator conuertatur, & peniteat, & cesset contumacia. cap. ex parte, el. 1. de verbor. signific. vnde vt clericus conuertatur, iura non permittunt, quòd per appellationem censuræ suspendantur; at depositio est maxima poena, nec datur vt medicina, vt respiscat, & cesset contumacia: at idem est in suspensione (& simile est in interdicto, licet Doctores citandi id non explicant) quando non fertur in contumacem, vt respiscat, sed pro delicto praeterito; ergo. Secundo probatur à simili. nam etiam iura disponunt, vt suspensio non feratur sine monitione, cap. reprehensibilis, de appellat. Et simile est de interdicto, argument. ex cap. statutum, de sentent. excommunicat. in 6. & docet Panorm. eo cap. reprehensibilis, & Syluest. verbo suspensio, quest. 4. At haec intelliguntur, quando feruntur pro contumacia, non autem quando feruntur in poenam delicti; & videtur colligi ex cap. Th. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

1. tam literis, de testib. Et sic tenet ibi Syluest. & Innoc. cap. 1. de excess. num. 3. & cap. ad hac quoniam, el. 5. de appellat. num. 4. Panorm. & Prapof. statim citandi. Et ratio est, quia tunc non est medicina, sed poena: ergo similiter in nostro casu. Hanc sententiam tenet Panorm. cap. sape, de appellat. num. 26. & ibi Prapof. num. 37. 38. Gregor. Lopez part. 1. tit. 9. l. 2. 1. vers. de diuendo, & idem dicit Prapof. de interdicto lato in poenam.

256 Quarto limita conclusionem, vt intelligatur, quòd appellatio subsequentem non suspendat has censuras, quando pure latae sunt: si enim ferantur sub conditione, vt nisi solueris intra tot dies, sis suspensus, vel excommunicatus; si ante euentum conditionis appeller alter, talis appellatio subsequentem suspendit, vt habetur expresse cap. praeterea, el. 2. de appellat. & docent omnes citandi: & ratio est, quia ante conditionis euentum haec sententia non fortitur vires.

257 Sed circa has sententias conditionales sunt aliqua difficultates hic disputanda, antequam vltimè progrediamur; & suppono prius quòd dictio nisi, posita in sententiis, facit dispositionem conditionalem, vt tradit Decius cap. praeterea, el. 2. de appellat. notab. 1. & ibi Francus num. 3. per illum textum, Prapof. ibi num. 1. Anton. & Immola ibi Laps allegat. 73. Rota, vt refert, & sequitur Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. prefatione, num. 103. & dicit num. 102. esse hoc maxime notandum in curia Romana, vbi ferè semper solet excommunicationis sententia ferri sub hac forma, nisi ad primam, vel intra tres, suspenditur enim per appellationem.

258 Prima ergo difficultas est, an in sententiis censurarum latis sub conditione, v. g. si intra triginta dies non solueris, excommunico te, requiratur, vt intra decem dies appelletur: vt appellatio valeat, vel fat sit quocumque ante euentum conditionis.

259 Duplex est sententia (non enim curo de sententia Goffredi, & Rofredi, quam refert Panorm. vbi infra, dicentium in quibuscumque sententiis conditionalibus fas esse appellare ante conditionis euentum, licet transacti sint decem dies; cum enim communiter Doctores reiciunt, nec facit ad meum propositum.

Prima sententia ait, quòd tenetur appellare intra decem dies, licet nondum impleta sit conditio, alias sententia transibit in rem iudicatam, nec suspendetur excommunicatio, sed contraheatur adueniente conditione. Ratio, quia aut sententia lata sub conditione interim grauat, aut non: si grauat; ergo debet appellari necessarè intra decem dies, vt patet ex supra dictis: si non grauat; ergo ante euentum conditionis nequit appellari. Sic tenent Brixienfis, Aggidius, Tancredus, & Vincentius, quos refert, dicens hanc sententiam in puncto iuris esse veriore, licet oppositam dicat esse communem, & ab ea non recedendum, Neuo cap. praeterea, el. 2. de appellat. num. 27. Panorm. ibi num. 8. 9. Tabien. verbo appellatio, quest. 6. §. 7. & hanc dicit esse probabilem Decius eo cap. praeterea, num. 15.

260 Secunda tamen sententia multo probabilior, & communior ait, quòd licet in aliis sententiis sit necessarium appellare intra decem dies, licet conditio non sit impleta; at in censurarum sententiis potest appellari intra totum illud tempus

ante conditionis euentum, licet transactum sit decedendum. Probatur ex cap. *praterea*, el. 2. de appellat. ubi dicitur, quod quando fertur excommunicatio, nisi intra viginti dies solues, si medio tempore appelles, suspenditur excommunicatio: sed licet appelles post decedendum, diceris medio tempore appellare: ergo. Et ratio differentie est inter sententias censurarum, & alias; quia in sententia censurae conditio non trahitur retro (vt post omnes Doctores citandos tradit optime, & cum multis Couarr. cap. *alma mater*, 1. part. §. 10. num. 6.) alias adueniente conditione, non tantum tunc, sed etiam medio tempore erit excommunicatus; & sic, si celebrat, erit irregularis: & sic cum vique ad euentum conditionis ipsa censura non liget, appellatio interposita precedet censuram, & sic suspendit: at in aliis sententiis conditio trahitur retro ad diem prolationis sententiae. Item, quia quando grauamen habet causam successiuam, etiam post decedendum licet appellare, vt supra dixi; secus quando tantum habet momentaneam: at cetera sententiae non dicuntur habere causam successiuam, sed momentaneam; quia trahitur conditio retro ad momentum sententiae, non sic in sententiis censurae, quae non trahuntur retro, nisi ad tempus existentis conditionis, & ideo interim ante conditionis euentum toto eo tempore dicuntur grauamen habere successiuum. Et quod non retrorahatur in censuris, patet, quia ante euentum conditionis non est contumacia, quae requiritur ad contrahendam excommunicationem, & alias censuras. Hanc tenent glossa cap. *praterea*, el. 2. de appellat. vers. *impedire*, & ibi Ioan. Andr. num. 17. Praeposit. num. 14. 15. Innocent. num. 4. Francus dicens communem num. 9. Anton. num. 22. Cardinal. prope finem. Henricus num. 2. Anchar. num. 5. Immo la num. 7. Decius num. 15. Host. ibi. Archid. c. *biduum*, 2. quae. 6. Baldus *l. si clericus*, C. de Episc. audient. Speculator, quem refert, & sequitur Francus supra, Ioan. Monachus cap. *quicumque*, de sentent. excommunicat. in 6. Couarr. cap. *alma mater*, 1. part. §. 10. num. 4. Lancell. de attent. 2. part. cap. 12. limitat. 21. num. 35. & limitat. 50. num. 177. & a num. 104. ad 109. Syluest. excommunicatio, ultimo, quae. 1. Nauarr. summa Lat. noua cap. 27. num. 273. sine, & cap. cum coningat. de rescript. causa 14. num. 7. Francus cap. *is cui*, §. *sane*, num. 2. de sentent. excomm. in 6. & ibi Perusinus.

161 Nota quod aliqui Doctores huius sententiae eam limitant, vt valeat talis appellatio a sententia conditionali censurarum ante euentum conditionis, transacto etiam decedendo, quoad effectum suspendendi censuras, non vero quoad effectum deuoluendi negotium ad superiorem, nisi appelleretur intra decedendum. Hoc videtur tenere Praepositus cap. *praterea*, el. 2. de appellat. n. 14. & id attribuit Ioan. Andr. & Antonio illis; & id etiam attribuit sic Doctores Immo la eo cap. *praterea*, sine, & ibi Francus num. 9. Sed Antonius, & Ioan. Andr. id non dicunt, sed quod infra notabili 4. vnde dicendum est talem appellationem post decedendum interpositam habere vtrumque effectum; quia dicitur cap. *praterea*, indistincte loquitur. Sic Francus, & Immo la ibi.

162 Secundo nota esse limitandum, quod sententia conditionalis censurarum suspendatur appellatione interposita ante conditionis euentum, quan-

do sententia lata est ab homine; secus si per praedicta verba lata est a canone, vt in cap. 2. de rebus Eccles. non alienand. §. *laici*; & in multis aliis textibus, quia a sententia iuris non appellatur. Sic Ioan. Andr. eo cap. *praterea*, num. 17. Anchar. ibi num. 5. Henricus cap. *ad hac quoniam*, el. 5. num. 5. de appellat.

263 Tertiò nota, an appellatio ante euentum conditionis ab excommunicatione conditionali suspendat non tantum excommunicationem, sed etiam quod praecipitur sub excommunicatione, si transactum sit decedendum; sic enim est distinguendum, & dupliciter potest dicere iudex. Primo condemnando ad aliquid soluendum, quod si non soluat intra certum tempus, v. g. triginta dies, excommunicat. Secundo si excommunicat aliquem, nisi soluat eundem intra triginta dies. Quando hoc secundo modo dicit, est vnum mandatum, & sic si quando cumque appellet, ante conditionis euentum, suspenditur non tantum excommunicatio, sed etiam solutiois praecipitum; si vero primo modo, tunc sunt duo mandata, & sic si appellauerit intra decedendum, suspenditur vtrumque; si vero post, ante tamen conditionis euentum, suspenditur excommunicatio; at mandatum de soluendo transibit in rem iudicatam, est enim speciale in sententia censurae; & cum sint duo mandata diuersa, nihil prohibet valere appellationem in vno, in alio vero non. Quod si opponas, ad suspendendam excommunicationem, est opus, vt appellatio sit legitima; haec vero videtur iniusta, cum condemnatio transferat in rem iudicatam. Respondent Ioan. Andr. & Anchar. ubi infra, quod licet teneat condemnatio, grauari potest in executione. Sic tenent Ioan. Andr. cap. *praterea*, el. 2. de appellat. num. 4. & ibi Henricus num. 1. 2. 3. Anchar. ibi num. 6. Innocent. ibi num. 1. Host. ibi principio. Praeposit. num. 21.

264 Quarto nota hoc etiam esse speciale in sententiis conditionalibus: quod si in aliis sententiis conditionalibus, quae non sunt censurarum, conditio, vel dies existat intra decem dies, adhuc vique ad decimum diem potest appellari, non obstante, quod euenerit conditio: at in sententiis censurarum non quoad suspendendum censuram, sed necessario debet appellari ante euentum conditionis, licet bene quoad deuoluendum negotium ad superiorem. Sic Ioan. Andr. c. *praterea*, el. 2. de appellat. n. 17. & ibi Anton. n. 22. & ibi Francus n. 9.

265 Sed quid dicendum, quando non est excommunicatio lata, sed iudex protulit sententiam diffinitiuam contra me, & quia illi nolo parere, & nondum est transactum decedendum, in quo mihi licet appellare, me excommunicat, appello postea, antequam transactum sit decedendum a prolatione sententiae diffinitivae, an valeat talis excommunicatio, vel potius suspendatur per appellationem postea factam intra decedendum a tempore diffinitivae. Archidia. cap. non solum, de appellat. in 6. num. 2. & cap. venerabilibus, de sentent. excomm. in 6. n. 2. & Innocent. cap. *solus*, de sentent. excomm. n. 11. dicunt reuocandam esse tanquam attentatam, quia eo cap. non solum, decernitur non tantum facta post appellationem reuocari tanquam nulla, & attentata, sed etiam facta intra tempus datum ad appellandum. Subdit tamen Archid. eo cap. *venerabilibus*, n. 2. esse absolvendam ab excommunicatione: quod Ioan. Andr. ibi n. 5. dicit se non capere, quomodo

quomodo dicat indigere absolutione, cum dicat sententiam tanquam attentatam, & nullam reuocandam.

266 At dicendum est excommunicationem ligare, nec suspendi per appellationem sequentem; quia hoc est speciale in censuris, quod late intra tempus datum ad appellandum ligant, nec per appellationem sequentem suspenduntur. Sic Glossa cap. *venerabilibus*, de sentent. excomm. in 6. §. *porro*, vers. *appellatum*, per illum textum, idem Ioan. Andr. ibi num. 5. Francus, ibi num. 5. & ibi Dominicus, Henricus cap. per eas, de sentent. excomm. num. 1. 2. & c. pastoralis, de appellat. num. 9. 10. Neuo ibi, §. *verum*, num. 21. Speculator tit. de appellat. §. de officio, n. 17. Couarr. pract. cap. 23. num. 2. sine. Felin. cap. quod ad consultationem, de sentent. & re iudic. num. 27. Nauarr. cap. cum coningat. de rescript. 7. causa nullitatis, n. 14. Militis in reperitorio, verbo sententia excommunicationis lata, & verb. *attentata* pendente tempore, fol. 29. Lancell. de attent. 2. p. cap. 1. num. 34. & communis.

267 Sed contra, excommunicatio non potest ferri absque culpa mortali, sed ille non peccat mortaliter, non parendo diffinitivae intra tempus appellandi, cum adhuc possit appellare; ergo. Respondetur, quod haec doctrina non potest intelligi, quod statim ac non parat sententiae, possit iudex illum excommunicare; cum etiam decedendo transacto id non possit, sed debet precedere monitio comminans excommunicationem, nisi paruerit, & tunc in hoc casu licet iudex male faciat cogendo, & excommunicando, nisi pareat antequam transeat decedendum, at tenebit factum; & sic necessario est dicendum peccare mortaliter, ni pareat ratione praecipit. Hoc colligitur ex Glossa eo c. *venerabilibus*, §. *porro*; in summa illius §. paulo post principium, ubi sic dicit; *Mus Episcopus condemnauit me, & monuit sub pena excommunicationis, vt solverem Titio aliquam summam infra octo dies: certum est, quod Episcopus debet expectare decem dies, antequam me excommunicet; si tamen transactis illis octo diebus me excommunicet, iniuste facit, at tenet excommunicatio, licet postea appellem.*

268 Secunda difficultas circa has censuras conditionales est, an sicut suspenduntur, si ante conditionis euentum appelleretur: ita etiam si a iudice effectus interdicti, vel aliarum censurarum suspendatur ad tempus, & durante suspensione appelleretur, appellatio illa suspendat deinceps effectum harum censurarum.

269 Triplex est sententia. Prima omnino negat suspendi. Ratio, quia haec non est noua sententia, sed censetur vnum, & idem interdictum, vnde cum non fuerit appellatum, antequam incurreretur, si modo durante illius suspensione appelleretur, non suspenditur. Sic Greg. Lopez part. 1. tit. 9. l. 21. vers. *de deuicido*. Innoc. cap. cum inter, de consuet. num. 2. Calderinus cap. *ad hac quoniam*, el. 5. de appellat. & ibi Perusinus, & ibi Decius num. 14. & ibi Baldus, & l. final. C. si a non comper. iud. Angel. l. si vnus, §. 1. ff. de pact. Henricus dicto cap. *ad hac quoniam*, num. 5. 6. & videtur tenere ibi Francus num. 6. & tenent Vincentius, Laur. Tancred. vt refert, & sequitur Glossa cap. *dilectus*, de appellat. vers. *suspendendum*.

270 Secunda sententia docet, quod si quando latam est interdictum non appellauit, antequam ferretur, & iam est transactum decedendum, ex quo latum est, licet postea suspendatur, & appellet, nil

prodest appellatio; quia non est nouum interdictum, & iam est lapsus terminus appellandi: sed vero antequam labantur decem dies, qui dantur ad appellandum, suspendatur interdictum, & interim ante lapsum decedendi appelleretur, suspenditur interdictum. Sic Neuo c. *ad hac quoniam*, el. 5. de appellat. num. 34.

271 Tertia sententia probabilior docet, absolute suspendi effectum interdicti per talem appellationem; quia reuera tunc interdictum non ligat, & censetur, ac si latum esset sub conditione, & appellaretur ante conditionis euentum; fauet etiam valde cap. *dilectus*, §. *quia vero*, de appellat. Sic tenent Host. cap. *ad hac quoniam*, el. 5. de appellat. & ibi Panorm. num. 5. Immo la ibi, sine, Anton. ibi num. 5. Ioan. Andr. ibi num. 6. Cardin. ibi sine. Syluest. interdictum 3. quae. 8. particula 2. Rolel. interdictum, 4. num. 4. Angel. interdictum, 8. num. 4. Tabien. interdictum, 1. quae. 1. §. 2. differ. 7. Arnil. verbo interdictum, num. 5. Aditque Cardin. hoc esse verum, licet sit transactum decedendum postquam latam est interdictum. Tenet etiam D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 5. initio.

272 Nota idem dicere de suspensione; at negant id de excommunicatione; quia (inquit) effectus excommunicationis non potest suspendi ad tempus. Syluest. D. Anton. Angel. Rosel. Host. ibi; at cum satis probabile sit posse etiam effectum excommunicationis suspendi ad tempus, vt in materia de excommunicatione dicitur, dicendum est etiam, quod si tunc appellaretur, teneret appellatio, & suspenderet. Sic Tabien. ibi; & idem dicent reliqui Doctores, si censetur posse eius effectum suspendi; quia quoad suspensionem per appellationem, haec tres censurae sunt anomala, vt bene docet Gregor. Lopez part. 1. tit. 9. l. 21. vers. *de deuicido*, & constat ex omnibus didis, eodem enim modo & textus, & Doctores de illis loquuntur.

273 Tertia difficultas circa has censuras conditionales est, an si in sententia excommunicationis, vel aliarum censurarum lata sub conditione, vel in diem, dicat iudex, nisi solueris intra viginti dies, ex nunc, pro vt tunc, si excommunicatus: an tunc eo non soluente retrorahatur excommunicatio, ita vt sit excommunicatus ex die, quo lata est, vel tantum ex die, quo non impleuit conditionem. Et videtur retrorahi, quia illud ex nunc, denotat momentum immediatum, l. *lecta*, §. *finali*, ubi per Bart. & alios, ff. si certum petatur. Et sic Bald. l. si contra rogatus, in principio, C. ad Trebel. dicit, quod dicta verba operantur, vt conditio retrorahatur, ubi alias non trahetur.

274 At dicendum est non retrorahi, quia censura non potest ligare, antequam fir contumacia; at non est contumacia ante euentum conditionis. Sic Bald. proxime citatus, & cap. *praterea*, el. 2. de appellat. & ibi Francus num. 15. dicens communem, Decius num. 22. Innoc. num. 4. Host. ibi, Panorm. num. 11. Neuo ibi num. 45. 46. Tabien. excommunicatio, 2. §. 1. 6. facit Glossa Clement. 1. de consess. prebend. vers. *ex tunc*.

275 Hinc fit, quod si interim appellatur, suspenditur excommunicatio. Sic Anchar. consil. 104. Greg. Lopez part. 1. tit. 21. l. 9. vers. *de deuicido*.

276 Quarta difficultas est circa has censuras conditionales, an si iudex precipiat Petro, vt faciat aliquid intra viginti dies sub excommunicatione lata, si interim Petrus mutet domicilium, & efficiatur

efficiatur de alieno foro, incurrat adueniente conditione.

277 Quidam dicunt incurtere, nisi medio tempore appellasset, argum. e. penult. de foro comper. & l. statum liberis, C. de rescrip. monum. Sic Glossa cap. preterea, el. 2. sine de appellat. Tancredus, Goffredus, Brixien, quos refert Butrio infra. Idem Francus eo cap. preterea, num. 10. Innoc. num. 1. Host. in principio, & sine, Panorm. ibi, num. 10. D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 74. Angel. excommunicatio, 3. num. 18. Rofel. excommunicatio, 7. num. 31. Tabien. excommunicatio, 2. §. 10. Syluest. ibi, §. 1. casu 15.

278 Alij verò dicunt non incurtere, quia si per appellationem medio tempore factam cessat excommunicatio, quia suspenditur iurisdicção iudicis, à foriori per mutationem fori, in quo omnino excinguitur iurisdicção. Sic Archid. cap. 2. de constit. in 6. & Damasus, quem refert Butrio infra.

279 Primò dico, quòd si ex mutatione fori simul mutatur causa sententiæ, non ligat, vt si excommunicauit, nisi intra triginta dies desideat in beneficio. & interim illud renunciet, vel expresse, vel tacite nubendo, quia iam cessat causa residentie. Et sic tenent omnes Doctores citandi, nec negant Doctores primæ sententiæ; quia est clarum, etiam si non mutaret domicilium; quia iam cessat omnino causa residentie, nec refidere potest.

280 Secundò dico, licet non cessat causa sententiæ, si delictum originem habuit in domicilio excommunicantis, vt si iudex excommunicat, nisi solueris Titio, qui est intra illud domicilium, infra triginta dies, tunc licet interim mutet domicilium, incurres; quia iam delictum, & contumacia cepit in illo domicilio. Et in hoc concordant Doctores citandi cum prima sententiâ Glossæ, & aliorum Sic Neuo cap. preterea, el. 2. de appellat. num. 36. Imnola ibi num. 7. Baldus ibi, Anton. ibi n. 23. Præpos. ibi num. 17. Anton. addit contra Doctores primæ sententiæ hoc habere verum, licet medio appellet, quia mutando forum, remanet appellatio deferta. Sed in sine illius num. 23. concludit veram esse sententiâ Glossæ, & aliorum, quòd si medio tempore appellet, non incurret; quia si appellatio initio suspendit, iam non valet excommunicatio, quæ postea non fortitur vires, eo quòd deseratur appellatio, vt supra probaui. Si verò (inquit Anton. eo num. 23.) delictum non habuit originem in loco domicilij, sed omnino extrâ, non incurrit, vt si iudex excommunicat, si furtum feceris, & mutas domicilium, & ibi fataris, non incurris, per cap. 2. de constit. in 6. §. 1. At contrarium cum Doctoribus primæ sententiæ tenent, scilicet in hoc casu etiam incurtere, reprobantes Antonium Baldus, Imnola, Præpositus, Neuo, proximè citatus, quia quo ad iurisdictionem impicitur principium iudicij, l. cum quedam, ff. de iurisdic. omni. iud. Et sic fat est, fuerit de iurisdictione, cum excommunicatio lata est sub conditione, si furtum feceris. Nec obstat cap. 2. de constit. in 6. §. 1. vbi excommunicatio contra delinquentes non ligat delinquentes extra territorium; quia loquitur in statuto; secus in excommunicatione lata contra certam personam; ligat enim delictum factum extra territorium, cum sit præuenta persona: & Præpos. dat rationem differentiæ inter statutum, & sententiam; quia in legitimis conditionibus nunquam retrahitur, sed inspicitur tempus celebrati

actus. l. 1. ff. de pec. & sic non mitum, si statutum conditionale non liget personam, quæ mutauit forum pendente conditione.

281 Quinta difficultas circa has sententiâs conditionales censurarum, an si pendenti conditione iudex est mortuus, vel amotus ab officio, liget censura committentes delictum, v.g. excommunicat me iudex, nisi soluaui intra triginta dies, interrim moritur, vel cessat eius officium, an si non soluaui illo termino, incurram.

282 Quidam affirmant incurtere, quia per mortem, vel remotionem iudicis acta, & sententia non expirat. Sic tenet Glossa cap. Saloniensis, 63. dist. versic. sub excommunicationis sine. Bald. cap. preterea, el. 2. de appellat.

283 Sed dicendum est, quòd si tulit excommunicationem per viam statuti, scilicet faciendo statutum, non expirat, quia statutum est perpetuum; secus si per modum sententiæ, quia excommunicatio lata ab homine expirat auctore mortuo, vel amoto ab officio, vt dicitur in materia de excomm. Sic Syluest. excommunicatio, 2. §. 1. casu 15. Angel. excommunicatio, 3. num. 18. Rofel. excommunicatio, 2. §. 10. D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 74. sine. Archid. cap. 2. de constit. in 6. Ioan. Andr. cap. 1. ne sede vacante, in 6. Glossa cap. a nobis, el. 1. de sentent. excommuni. vers. non nisi, & ibi Panorm. num. 12. Neuo cap. preterea, el. 2. de appellat. num. 38. & ibi Francus num. 11. & ibi Præpos. num. 9.

284 Sexta difficultas circa has censuras conditionales, an si conditio sit de non appellando, an incurrat appellans. Breuiter dico, quòd si iudex sic dicat, excommunico te, si appellas, vel si te dispueris ad appellandum; ad huc appellatio suspendit, quando est iusta; quia sententia continet intolerabilem errorem, cum tollat defensionem, quæ est de iure natura: si verò appellatio est frivola non suspendit, sed tenet sententia. Sic contra Ioannem And. dicentem absoluit non suspendere, tenet Syluest. excommunicatio, 2. num. 16. & excommunicatio, 10. quæst. 1. & Innoc. Host. Anton. cap. preterea, el. 2. de appellat. quos ibi refert, & Tabien. excommunicatio, 2. num. 10. casu 16.

285 An autem in dubio præsumatur excommunicatio lata ante appellationem, vel post, consule Couar. latè disputantem cap. alma mater, 1. p. §. 2. num. 5.

286 Vltima conclusio sit: licet appellatio subsequens non suspendat censuras, non est tamen vana, habet enim duos effectus. Primus est, quòd impedit, ne possit denunciari, iuxta veriorum sententiam, vt habes infra dub. sequenti. Secundus est, quòd talis appellatio habet effectum deuolutiuum, transfert enim causam ad superiorem, & eximit appellantem à iurisdictione iudicis à quo, & per vias de sentent. excommuni. initio, vbi Henricus id tenet num. 2. Felinus ibi num. 1. Speculator tit. de appellat. §. in quibus, num. 16. Panorm. c. ad reprimendam, de offic. ordin. num. 8. 9. & ibi Imnola num. 9. Innoc. num. 2. Anton. num. 20. Cardin. quæst. 1. Nauarr. c. cum contingat, de rescript. 7. causa nullitatis, num. 14. Angel. excommunicatio, 3. num. 10. Syluest. verbo, appellatio §. 1. Tabien. excommunicatio, 2. §. 16. Enriquez lib. 13. de excommuni. c. 16. num. 2. in commento litera M.

287 Nota tamen, quòd vt appellatio hæc habeat hos duos effectus, debet fieri intra decendium, licet enim censura sententia non transeat in rem iudicatam quoad effectum irretactibilem, potest eum

enim talis censura relaxari, licet pars non appellet intra decendium, sed quoad alios effectus tranfit in rem iudicatam, sicut alie sententiæ, nisi intra decendium appelleretur, & transacto hoc termino non audietur via appellationis, nec extimetur à iudice à quo, nec transferet potestatem in iudicem ad quem. Sic contra Ioannem, & Vincentium, quos refert Henricus dicto cap. per vias, dicentes semper posse appellari, tenent Glossa cap. ad reprimendam, de offic. ordin. versic. suspendatur, & ibi Anchar. num. 1. Ioan. Andr. num. 14. Cardin. quæst. 2. Panorm. num. 6. dicens communem Imnola num. 9. Anton. num. 23. Henricus cap. per vias, de sentent. excommuni. num. 2.

288 Limita, nisi detur nouum grauamen, vt si intra decendium non appellauit, iam non habet locum appellatio: at potest vt excommunicatus hoc remedio, nempe debet petere ab excommunicatore abolitionem, & si nolit impendere, potest ab hoc grauamine nouo appellare: & sic per appellationem transferet totam causam ad superiorem. Sic Imnola ibidem, n. 10. Anton. Cardin. Ioan. Andr. ibidem, Henricus ibidem n. 3. Anchar. eodem n. 11. Astenis lib. 7. summe, tit. de damnis excommunicationis, art. 1. ad finem, & Lancel. generaliter, quoties sententia non tranfit in rem iudicatam, de attent. 2. cap. 12. limita, 50. num. 71. facit etiam ad hoc doctrina eiusdem Lancel. eo limitat. 50. num. 120. & Innoc. cap. finali, de noui oper. nunciat. Guido Pap. de appellat. quæst. 108. vbi dicitur, quòd si quis ab interlocutoria non appellet, sed solum petat contrarium imperio reuocari, & iudex illum non reuocet, sed confirmet, potest ab hac confirmatione appellare etiam post decendium à die primæ interlocutorie, & per talem appellationem tota causa deuoluetur ad iudicem ad quem.

289 Secundo nota quòd etiam transacto decendio potest censura ligatus adire superiorem via querelæ. Sic Glossa cap. ad reprimendam, de offic. ordin. versic. suspendatur, & ibi Panorm. num. 6. Imnola num. 9. Cardin. quæst. 2. Anton. num. 23. Anchar. & Ioan. Andr. ibi, Henricus cap. per vias, de sentent. excommuni. num. 2.

290 Non potest tamen post decem dies adiri si superioris; qui nequit audire, nisi per viam appellationis; quia iam cessat appellatio, & tantum est via querelæ. Sic Panorm. & Anton. ibi.

291 Quis autem sit superior, qui potest audire per viam querelæ, & quis qui potest via appellationis, & an debeat remittere excommunicatum absoluentium ab excommunicatore, vel debeat citari excommunicator, dicam infra.

292 Ex dictis sit, quòd si excommunicatus non appellauit intra decem dies, licet excommunicatio non transeat in rem iudicatam, an super eo pro quo est excommunicatus, non audietur tunc, sed quoad illud tranfit in rem iudicatam, vt si fuit excommunicatus pro contumacia, non audietur post decendium volens se defendere super contumacia, seu super expensis, quæ ratione contumacie debentur. Sic Panorm. cap. ad reprimendam, de offic. ordin. num. 7.

293 Tandem ex dictis omnibus inferitur resolutio cuiusdam casus, de quo consultus fui; iudex quidam Ecclesiasticus protulit sententiam, vt quidam vincetus restitueretur Ecclesiæ, notificata est iudici, qui dixit notario, scribe, quòd appello: & sic transacti sunt decem dies, his transactis iudex

Ecclesiasticus protulit sententiam excommunicationis contra seculares, ni restitueret vincetum Ecclesiæ intra viginti quatuor horas: appellatus secularis iudex non oblitante appellatione, ipsum excommunicauit Ecclesiasticus: an hæc excommunicatio valeat, & respondi valere excommunicationem. Ratio, quia prior sententia transeat in rem iudicatam: & sic appellatio erat manifestè frivola, nec ipsi detulit iudex, & sic non suspendit excommunicationem, iuxta dicta. Et quòd prior sententia transeat in rem iudicatam, patet, quia illa appellatio non valet, quia non fuit in scriptis, iuxta supra dicta. Et si dicas, quòd fuit in continenti, & sic fat erat verò id est verum, quando in præsentia iudicis antequam surgat tribunal, & c. vt supra dixi. Secundo, quia appellatio debet esse coram iudice à quo, & hæc non fuit. Et si dicas esse opinionem probabilis fat esse coram notario, modò intimetur iudici intra decendium, vt habes supra, num. 128. at hæc non est intimata iudici. Item secunda appellatio ab excommunicatione debebat esse in scriptis, & cum expressione causæ: defuit vtrumque; & sic Nauarr. cap. cum contingat, de rescript. 6. causa nullitatis, num. 7. & 8. quandam appellationem à censura dicit fuisse nullam, & non excusasse; quia non in scriptis, & sine vllius causæ assertionem facta est.

294 Et nota circa sententiam positam supra num. 128. quòd scilicet fat est appellare coram notario, modò intra decendium, quòd est tempus appellandi, intimetur iudici, quòd Nauarr. cap. cum contingat, de rescript. 6. causa nullitatis, num. 11. 12. adductis aliquibus in contrarium, concludit esse verius, fat esse, vt hæc notificatio fiat iudici per quemcumque, siue per partem, vel eius procuratorem, negotiorum gestorem, vel quemuis alium; ita vt, si venerit ad notarium iudicis à quo, vnde cumque id fiat, modò fit intra decendium, valet appellatio; probat per doctrinam Glossæ ibi receptam per omnes, Clement. causam, de elect. versic. recepta, sub finem, quæ dicit fat esse notitiam appellationis fieri parti appellatæ per amicum ipsius, Quod ipsum tenet Adrian. Siculus, Ripa, & Rota, vt ibi refert; & licet loquantur in appellatione extraiudiciali, at idem potest dici in iudiciali, per cap. si duobus, de appellat. quòd probare videtur sufficere scientiam appellationis ad iudicem peruenisse quomodolibet, quamuis aliter non intimetur ei. Addit tamen idem Nauarrus num. 13. non teneri iudicem à procedendo desistere, donec pars id petierit, vt videtur tenere Decius eo cap. si duobus, num. 14. quòd tamen videtur saltem tacite petere is, qui per se, vel procuratorem intimat appellationem.

295 Nota etiam quòd Angel. l. à sententia, §. 1. ff. de appellat. ait, non esse appellationem fieri in scriptis, sed oportere addere hæc verba, in his scriptis, in tali appellatione; aliàs non valeret. Sed Imnola ibi committit in hoc receptus, vt refert, & sequitur Nauarr. cap. cum contingat, de rescript. 6. causa nullitatis, & Neuo cap. vt debitus, num. 15. de appellat. merito tenent contrarium.

An quando interposita est appellatio ab excommunicatione post ipsam contractam (in quo casu certum est non suspendi excommunicationem) talis appellatio suspendat denunciationem, ita ut non possit talis excommunicatus denunciari appellatione pendente.

Et videtur clare posse denunciari, ex cap. pastoralis, §. verum, de appella. ubi expresse habetur posse denunciari, non obstante appellatione: reddidit ibi rationem Panorm. quia licet interposita appellatione desinat esse iudex, habet enim talis appellatio saltem effectum deolutivum, at id est respectu actus omnino futuri, non autem respectu actus, qui non est omnino futurus, sed accessorius ad excommunicationem iam incursum. Et sic quod possit declarari excommunicatus, non obstante appellatione, tenent ibi omnes, & Couarr. cap. alma mater, l. p. §. 10. num. 4. Duenas regula 42. fillentia 8. Nauarr. cap. cum contingat, de rescript. causa 5. nullitatis.

At dicendum est per talem appellationem suspendi denunciationem, & sic illum non posse denunciari, saltem ubi non est notorium nullam esse excusationem, nec exceptionem. Ratio, quia dicitur cap. pastoralis, §. verum, dum definit posse excommunicatum denunciari, non obstante tali declaratione, reddidit rationem textus; quia, inquit, excommunicatio secum trahit executionem, & per denunciationem amplius non ligatur. Ex quo textu colligunt aliqui Doctores, quod quando per denunciationem amplius ligatur, vel strictior, seu fortior redderetur excommunicatio, ut contingit in casu cap. tua, de sentent. excommuni. in quo absolutio ante denunciationem competit ordinario, post vero Papae, non potest interposita appellatione denunciari. Hi sunt Anton. de Butrio dicto §. verum, num. 11. & refert Ioan. Andream pro ea. Idem Immoia ibi, sub finem. Neuo ibi num. 7. Lancel. de assent. 2. p. cap. 12. limit. 2. num. 14. 15. & ibi Petulinus sub finem, & Nauarr. cap. cum contingat, de rescript. remedio 6. num. 7. Quare cum hodie post Extrava. ad evicanda, maximas vires recipiat excommunicatio per denunciationem; nam antea non tenebatur vitare illum, & omnia gesta per illum erant valida; post vero non: non potest tali appellatione pendente denunciari. Et sic tenet Nauarr. dicto remedio 6. num. 8. Enriquez lib. 13. de excommunic. cap. 16. num. 2. commento litora M.

An appellatio a monitorio penali cum pana excommunicationis lata cum audientia, & facultate allegandi, qua, volens, suspendat eam excommunicationem.

Respondetur non suspendi; quia per monitorium penale cum audientia, & facultate allegandi, qua, volens, non dicitur quis grauari, ut optime Panorm. cap. ex parte, el. 1. de verb. signifi. num. 3. ubi ex Glossa ibi sine, & Anton. ibi num. 21. quod dicit perpetuo mente tenendum, di-

cit, quod ante citationem rei, & antequam conseter iudici de delicto, vel debito, possit per suas literas praecipere absenti, ut satisfaciatur, vel compareat, alias potest eum excommunicare: ex hoc enim precepto ante causam cognitionem facti non potest dicere reus se grauatum. nam propter illam iustificationem, ut compareat, resoluitur preceptum in simplice citationem, si vult comparere. Hac Panorm. ibi; & idem docet latius probans ex aliis Doctoribus cap. 1. de causa possess. num. 6. cum ergo tale monitorium non grauet, non potest immediate appellari, sed prius debent exceptiones opponi, & illa reici, ut bene Probus cap. 2. de consuet. in 6. & latius Ioannes Lupus tract. de benefice, vacante, §. finali. Hac Nauarr. cap. cum contingat, de rescript. causa 5. nullitatis, num. 5. 6. vnde infert ibi, in excommunicationem incidere, qui Salamanca a monitoriis conferuatoris Academiae per eiusmodi clausulas iustificat, appellant simul ac eis notificatur, ac deinde mittunt appellationem ad eum, dicentes se non subesse illius iurisdictioni, quia per solam citationem nemo grauatur; immo licet habeat exceptiones declinatorias forti, debet comparere per se, vel per procuratorem ad allegandum eas; nisi notorium sit citationem esse nullam, vel citatum non subesse citanti. Hac Nauarr. ibi.

An cum excommunicatus accedit ad superiorem excommunicatoris, debeat ab ipso absolui, vel remitti ad excommunicantem.

Supponendum est, quod dupliciter potest quis adire superiorem, scilicet via appellationis, aut via querelae. Qui potest adiri via appellationis, est superior excommunicantis, vt Papa in toto orbe. Legatus in sua prouincia, Archiepiscopus respectu Episcoporum suffraganeorum, cap. pastoralis, de offic. ordin. & Episcopus respectu Praelatorum inferiorum suae diocesis, secundum omnes.

Per viam autem querelae potest adiri superior tantum, qui habet immediatam iurisdictionem in partes litigantes, ita vt possit cognoscere de causa in prima instantia, & sic locus praueuentioni inter ipsum, & alium superiorem cognoscentem. Hac regula non ita traditur a Doctoribus: ar colligitur ex iis, quae statim referam ex ipsis; idem enim dicunt posse adiri Archiepiscopus in causa Episcopi, qua Archiepiscopus est iudex ordinarius, & proximus Episcopi, non autem in causa subditorum suffraganei, quia non est ordinarius, & immediatus iudex ipsorum, & ideo dicunt Episcopum posse adiri via querelae respectu Praelatorum inferiorum suae diocesis; quia concurrunt in iurisdictione cum ipsis; ita vt detur locus praueuentioni; & quando hoc non ita se habet, non potest.

Hinc infertur, quod Papa potest in toto orbe adiri via querelae: & idem dicunt Doctores de Legato respectu prouinciae sibi commissae, per c. 1. de offic. legati, per quod constat currere in iurisdictione cum Episcopis suae prouinciae, & habere primam instantiam, esseque locum praueuentioni inter ipsum, & Episcopum. Sic Immoia c. ad excommu.

excommunicato, de rescript. num. 10. quod tunc verum erat per illud cap. 1. de offic. legati. At cum hodie per Trident. sess. 24. cap. 20. de reform. non possit cognoscere de causis in prima instantia, nec sit locus praueuentioni, non poterit adiri per viam querelae, nisi in casibus, in quibus dicimus posse Archiepiscopus adiri per viam querelae respectu Episcoporum.

Secundo infertur, quod Archiepiscopus non potest adiri per viam querelae in causis diocesis suffraganei, quia non est immediatus, & ordinarius superiorum subditorum suffraganei, nec est locus praueuentioni inter ipsum, & Episcopum, sed est tantum iudex in causa appellationis. Sic omnes Doctores citandi, per cap. pastoralis, de offic. ordin.

Excipiuntur tamen aliqui casus a Glossa d. cap. pastoralis, vers. exceptis, & Doctoribus citandis ibi; sed qui ad rem conferunt, sunt sequentes.

Primus casus est, quando causa est cum ipso Episcopo; secus quando cum Episcopi subditis. Ratio, quia Archiepiscopus est ordinarius, & immediatus Episcopi superior, non autem eius subditorum, sed tantum in causa appellationis; & ideo quando causa est cum Episcopo, potest via querelae adiri; non vero quando causa est cum Episcopi subditis. Sic Immoia cap. ab excommunicato de rescript. num. 10. Panorm. repetit. cap. si quis contra clericum, de foro compet. num. 40. & cap. pastoralis, §. 1. num. 2. de offic. ordin. ubi Host. & Glossa ibi vers. inuitum, & Anchar. ibi num. 3. Cardin. ibi opposit. 4. l. 15. tit. 5. part. 1. D. Antonin. 3. part. tit. 20. cap. 4. in ius. Syluest. verbo, Archiepiscopus, §. 1. ubi Rosel. num. 1. Tabien. §. 3.

Hinc fit, quod quando ex officio Episcopus excommunicat aliquem, potest Archiepiscopus adiri via querelae; quia tantum agitatur hic cum Episcopo; secus quando non ex officio, sed ad instantiam partis excommunicat; tunc enim non potest adiri nisi via appellationis, quia agitatur hic cum parte, quae non est immediata subiecta Archiepiscopo. Sic Immoia cap. ab excommunicato, de rescript. num. 10. & ibi Anton. num. 19. 30. & ibi Panorm. num. 13.

Secundus est propter Episcopi negligentiam, vt si esset negligens in aboluendo excommunicatum perentem abolitionem, vel in alio negotio. Hic casus est contra aliquos id negantes, quia nullo iure est expressus; & esset omnes fere casus comprehendere, & facere illum iudicem ordinarium. Hi sunt Verfellinus, quem refert, & sequitur Panorm. cap. pastoralis, §. 1. num. 10. de offic. ordin. & latius repetit cap. si quis contra clericum, de foro compet. num. 40. ubi addit posse tunc Archiepiscopus cogere Episcopum, vt procedat: & Cardin. cap. de offic. ordin. opposit. 7. & cap. nullus, de inuener. quest. 1. & ibi Ioan. Andr. Archid. cap. 1. de suppl. in glo. Prael. in 6. Sed noster casus probatur ex cap. cum finis, §. quast. 3. & cap. ex frequentibus, de in ius. & tenet totus mundus, vt ait Felinus dicto cap. pastoralis, §. 1. num. 6. & in hanc ipse magis inclinatur, & tenet Glossa dicto cap. pastoralis, §. 1. vers. exceptis, ubi Anchar. num. 5. Anton. num. 16. Ioan. Andr. num. 21. Immoia num. 8. Idem Anchar. cap. ad reprehendum, de offic. ordin. num. 6. Immoia cap. ab excommunicato de rescript. num. 10. Francus cap. 1. de suppl. neglig. Prael. in 6. num. 3. & ibi Ioan. Monachus, & ibi Glossa vers. culpa, & dicto cap. cum finis, §. sine.

Rosel. verbo Archiepiscopus, n. 1. Tabien. §. 3. Syluest. quast. 1. §. 2. Acnil. num. 6. Host. dicto cap. pastoralis, & in summa, tit. de offic. ordin. §. quid periret, sub §. sine autem vers. debet, praesul. Calder. cap. nullus, de inuener. D. Anton. 3. part. tit. 20. cap. 4. in ius. vnde dicit Host. eo cap. 1. quod si Episcopus vnde monitus non procedit, vel prima vice denegauit expresse velle procedere, potest Metropolitanus.

Tertius casus, in quo potest Archiepiscopus adiri via querelae, est quando sententia excommunicationis est notorie iniusta. Glossa dicto cap. pastoralis, §. 1. vers. exceptis, & ibi Anton. num. 29. 30. & ibi Host. Immoia c. ab excommunicato, de rescript. num. 10. D. Anton. Rosel. Tabien. proxime citati. Et idem est dicendum, quoniam delictum est notorium, & Episcopus non procedit, quia arguit Episcopi negligentiam; & tenet Syluest. Angel. Armil. Rosel. Tabien. proxime citati Panorm. cap. ex frequentibus, de in ius. num. 10. Immoia dicto cap. pastoralis, §. 1. num. 8.

Tertio infertur, quod Episcopus potest adiri via querelae respectu Praelatorum inferiorum subditorum sibi; quia concurrunt in iurisdictione cum ipsis, & datur locus praueuentioni. Hoc est contra Panorm. cap. pastoralis, §. 1. de offic. ordin. num. 6. & ibi Anton. num. 12. & ibi Glossa vers. inuitum. Sed nostrum corollarium tenent Neuo cap. qua fronte, de appellat. num. 32. sine, & 33. Immoia cap. ab excommunicato de rescript. num. 10. ubi Anton. num. 29. 30. Idem Immoia cap. pastoralis, de offic. ordin. §. 1. num. 6. ubi Innoc. num. 1. Hostien. ibi Panorm. repetit. cap. si quis contra clericum, de foro compet. n. 40. sine, & dicto cap. ab excommunicato, num. 13. Hugo, Vincentius, Goffred. Tancred. Philip. quos refert Panorm. dicto cap. pastoralis.

Limita, nisi priuilegium, aut consuetudo damus iurisdictionem ipsi inferiori Praelato, subtraxerit in totum subditos, in quos datur iurisdictione ab immediata Episcopi subiectione, ita vt solus inferior seculo Episcopo cognoscere conuenit; tunc enim Episcopus solum per viam appellationis poterit adiri. Sic Henricus dicto cap. pastoralis, num. 2. 3. & ibi Anchar. num. 3. Cardin. quast. 2. Ioan. Andr. num. 17.

His suppositis, circa dubium propositum quidam dicunt non esse necessariam remissionem ad ipsum excommunicatorem, vt absoluat, sine via querelae, sine appellationis ad eum superiorem: sic Goffred. & Damalus, quos refert Cardin. cap. ad reprehendum, de offic. ordin. quast. 3.

Alij vero dicunt in vtroque casu esse remittendum ad excommunicatorem, nisi sit periculum in mora, vel nisi notorium sit excommunicationem esse iniustam: alijs autem in casibus non absoluti superior, quia potest esse quod sit excommunicatus pro notoria offensae: vnde si Episcopus excommunicator non vult aboluere post remissionem ad ipsum factam, si aut non scribit, aut non rationabile aliquid, absoluit Archiepiscopus superior; si vero notoriam offensam allegat, citet partes, & procedat, cap. salet, de sent. excomm. in 6. Sic Hostien. cap. ad reprehendum, de offic. ordin. Et quod semper sit remittendus ad excommunicatorem, nisi notorium sit esse iniustam excommunicationem, tenet etiam Innoc. ibi num. 1.

Alij vero dicunt, quod quando aditur superior via querelae, non potest absolueri, sed tenetur remittere: quando vero per viam appellationis, potest

potest absolueri, vel remittere, per cap. ad reprimendam, de offic. ordin. Sic tenet ibi Anton. num. 22. Specul. tit. de appellat. §. in quibus, num. 7. Glossa cap. ab excommunicato, de rescript. vers. ad excommunicatorem. Idem omnino alij, sed cum quadam limitatione, limitant enim primam partem, quod quando per viam querelæ non potest, sed tenetur remittere, nisi notorium sit iniustam, vel nullam esse excommunicationem, per cap. sollicitudinem, de appellat. vel esset periculum in mora, cap. sacra, de sent. excommunicat. cap. venerabilibus, §. sane, de sentent. excommunicat. in 6. Sic Anchar. cap. ab excommunicato, de rescript. num. 5. & ibi Calder. & Cardin. ibi q. 3. num. 16. Panorm. ibi num. 12. 13. Rosel. verbo Archiepiscopus, num. 17. Tabien. q. 3. Syluest. absolutio 2. quest. 7. Ad iunc tamen Cardin. & Calder. quod si citra hos casus absolueret superior etiam per viam querelæ aditus, teneret factum, ex quo alias est iudex; quia dicitur hæc absolutio facta contra ius litigatoris potius, quam contra ius commune, dicto cap. venerabilibus, §. ubi autem. Quod tamen intelligit, & bene, Panorm. ibi num. 13. quando aditor superior, qui potest per viam querelæ audire: & clare in hoc casu intelligant, dicunt enim Doctores hi valere, quia est iudex. Secundam autem partem, scilicet quod non tenetur remittere, quando via appellationis, limitant Panorm. ibi num. 14. Rosel. & Tabien. Syluest. ibi, esse verum quando est dubium, an excommunicatio sit iusta, tunc enim potest remittere, vel absolueri: si enim consistit esse iustam, debet remittere, nisi periculum sit in mora, vel excommunicator requiritur malitiose denegat absolutionem: nisi autem certum sit esse iniustam, debet non remittere. Et hæc limitatio expresse habetur dicto cap. venerabilibus, §. sane. Et quod loquatur hic textus de precepto, patet; quia dicit, quando est certum esse iustam, nisi sit periculum, &c. debet remittere prorsus: quando est dubium, potest absolueri, vel remittere, licet honestius sit remittere; ergo in priori casu non intelligit de honestate, sed de necessitate. Addunt Syluest. Rosel. Tabien. ibi, & Glossa eo cap. venerabilibus, vers. nec debet, quod si absoluat, tenet factum, quia est iudex.

Nota, quod omnes sententia dicta loquuntur, quando iudex, qui excommunicauit, est ordinarius, nam de delegato statim dicam, quod lentiant hi Doctores.

15. Nota, quod omnes sententia dicta loquuntur, quando iudex, qui excommunicauit, est ordinarius, nam de delegato statim dicam, quod lentiant hi Doctores.

16. Ut ergo hæc res adeo obscure clarior fiat, statim aliquot conclusiones.

17. Prima conclusio. Si iudex qui excommunicauit, est ordinarius, & superior, qui aditus, est iudex competens, nempe quando aditur per viam appellationis, est iudex competens appellationis, & quando aditur per querelam, est iudex competens via querelæ, iuxta dicta, si absoluat, non remittendo ad excommunicatorem, tenet factum: vnde in hoc casu remissio sit ex voluntate. Si vero non est iudex competens, non tenet factum defectu iurisdictionis: vnde tunc remissio ad excommunicatorem, vel absoluat, sit ex necessitate. Sic Immola cap. ab excommunicato, de rescript. num. 10. & ibi Anton. num. 26. 29. 30. Cardin. & Calder. citati proxime in sententia præcedenti, vt enim ibi dixi, loquuntur etiam, quando superior aditur via querelæ: & cum ipsis tenet Panorm. ibi, citatus, quando est iudex competens via querelæ, & ibi rationem huius posuit. Et quando via appellationis, remittit idem Glossa, Syluest. Rosel. Tabien. ibidem citati.

Secunda conclusio. Male facit iudex superior remittendo ad excommunicatorem, quando constat excommunicationem esse iniustam, male facit absolueri, sed tenetur remittere ad excommunicatorem: quando vero res est dubia, potest absolueri, vel remittere, & honestius erit remittere. Sic habetur expresse dicto cap. venerabilibus, §. sane. Et in vltima opinione posita allegauit Doctores, & duas posui limitationes, nempe, quod quando constat esse iniustam, potest in duplici casu licite absolueri absque remissione. Primus est, quando est periculum in mora: secundus, quando excommunicator requisitus, malitiose denegat absolutionem: & vtrique casus habetur illo §. sane, & docetur à Doctores citatis pro vltima sententia.

Sed contra hanc conclusionem videntur Imola, & Anton. vbi citati sunt pro prima conclusione; dicunt enim absolueri, quod quando est iudex competens, sit remissio ex voluntate. Sed credo intelligere, quod tenere factum, non vero quoad licite fieri, ne loquantur contra textum expresse.

Tertia conclusio: licet Archiepiscopus non possit cognoscere de iniustitia excommunicationis late ab Episcopo post appellationem ad Papam, vt dicitur cap. sollicitudinem, de appellat. At potest coram Archiepiscopo, peti absolutio ad cautelam, dummodo præstetur cautio de parendo mandatis iudicis ad quem; hoc enim potest fieri absque eo, quod cognoscatur de articulo appellationis, per notata cap. supra fronte, & cap. cum veniamur, de appell. secus si vellet cognoscere de nullitate excommunicationis, tunc enim non posset, cum tangat articulum appellationis. Sic Francus alios referens dicto cap. sollicitudinem, num. 8.

Quarta conclusio. Quando iudex excommunicator est delegatus, quomodocumque adatur delegans, potest absolueri, nec tenetur remittere. Ratio, quia potest totam iurisdictionem ad se auocare, iurisdictionem soluitur, ff. de iudic. ergo à fortiori partem, argum. cap. cui licet, de regul. iuris in 6. Sic Immola cap. ab excommunicato, de rescript. n. 10. & ibi Anton. num. 30. Glossa ibi vers. ad excommunicatorem. Card. ibi quest. 3. num. 16. & ibi Calder. & Holt. Immola ibi num. 3. Ioan. Andr. num. 6. 7. 8. Anchar. num. 5. Panorm. num. 14.

Nota idem esse dicendum, si adatur delegans primus querela inuisa contra delegati subdelegatum, quia potest absolueri, vel remittere ad delegatum, vel subdelegatum. Sic Immola dicto cap. ab excommunicato, num. 30.

Secundum difficultas est, quando possit remitti ad delegatum, vt absoluat, & dicendum est, quod si fuit appellatum, & appellatio est recepta, non sit remissio, nec valeret, quia de sit esse iudex, nisi fiat ei noua commissio, cap. passoralis, §. præterea, de offic. deleg. Si vero non fiat recepta, potest fieri remissio. Sic Cardin. Calder. Innoc. Anchar. Ioan. Andr. Holt. Panorm. citati in 4. conclusione. Et addunt omnes hi, dempto Panorm. qui nihil dicit, quod si in hoc casu quando appellatio non est recepta, delegatus absoluat, etiam remissione non facta, valet cap. passoralis, de offic. ordin. 2. responsio. Si vero non fuit appellatum à delegato, si excommunicauit ante diffinitiuam, potest ad eum remissio

missio fieri; & idem si excommunicauit post diffinitiuam, & annus non est elapsus à die diffinitiuæ, cap. prudentiam, de offic. deleg. §. ceterum; si vero post diffinitiuam, & annus est elapsus, non sit remissio, quia desit esse iudex. cap. quærenti, de offic. deleg. Sic omnes proxime citati.

D V B I V M XXXVI.

An ad absolutionem ab excommunicatione teneatur superior, ad quem recurritur pro absolutione, citare partem.

1. **S**it prima conclusio. Vt iuste fiat talis absolutio, requiritur citatio partis. Probatur, quia pars aduersa potest prætereendere interesse; forte enim expensas fecit, quas consequi debet ante absolutionem, vt cap. venerabilibus, §. idem, de sentent. excommunicat. in 6. vel forte possit prætereendere manifestam offensam, cui ante absolutionem erat satisfaciendum; ergo debet citari, cum eius interit, vt cap. intra quatuor, de maior. & obed. Sic tenent Specular. tit. de contumacia, §. finali, vers. sed pone excommunicatus, Panorm. dicens communem, cap. qua fronte, de appellat. num. 6. & ibi Holt. Neuo ibi n. 3. 1. Anchar. ibi num. 6. Anton. num. 11. Immola num. 8. Cardin. ibi prope finem. Ioan. Andr. ibi num. 5. Aegidius, & Abbas Anriquis, quos ibi refert Ioan. Andr. Syluest. absolutio 2. quest. 8. licet Innoc. cap. prudentiam, de offic. deleg. num. 14. vers. sed nomen, teneant oppositum.

2. Amplia, vt hoc procedat etiam in absolutione ad cautelam ab excommunicatione, in ea enim requiritur citatio partis. Sic Neuo ibi, Holt. & Ioan. Andr. cap. sicut, de sentent. excommunicat. in 6.

3. Limita tamen primò, nisi sit periculum in mora. Neuo ibi, Anton. Immola, Holt. Ioan. Andr. citati in prima conclusione.

4. Secundo limita, vt intelligatur quando iudex ad instantiam partis excommunicauit; secus si ex officio suo; quia tunc non requiritur citatio partis. Sic Panormit. Neuo, Sylu. Anton. Immola, citati in prima conclusione. Glossa cap. excommunicatos 11. q. 3. paulo post principium.

5. Secunda conclusio. Si fiat absolutio à legitimo iudice, vt ab excommunicatore, vel à superiore adito legitime, vt per appellationem, licet sit iniusta, non citata parte, at est valida. Ratio, quia est actus pœnitentialis, & ideo ad sui essentiam non requirit citationem aduersarij. Item probatur ex cap. venerabilibus, §. vbi autem, de sentent. excommunicat. in 6. vbi traditur regula generalis, quod dummodo fiat absolutio à iudice habente iurisdictionem absolueri, quantumuis iniusta sit, valet, quia potius est contra ius litigatoris, quam contra ius commune. Sic Panorm. n. 7. Neuo n. 32. 33. 34. 35. Syluest. Specul. Ant. Immola, Cardin. Ioan. Andr. Anchar. vbi in prima conclusione.

6. Amplia tenere verum, licet fiat absolutio parte non citata à iudice, qui potest adiri per viam querelæ, valet enim absolutio; quia est legitimus iudex. Neuo num. 35.

7. Vltima conclusio. Si superior velit reuocare sententiam tanquam iniustam, vel denunciare eam nullam, partibus non citatis, non teneret. Ratio, quia talis declaratio, siue pronuntiatio est quasi diffinitiuam pronuntiatio super excommunicatione, & actus iudicialis. Probatur etiam ex Tb. Sanchez Consil. moral. Tom. 1.

cap. Romana, §. sententias, de appellat. in 6. vbi habetur sententiam excommunicationis, vel interdicti nullatenus esse reuocandam, vel nullam declarandam, nisi causa appellationis fuerit examinata partibus citatis, nam verbum, nullatenus, importat, quod actus aliter factus est nullus. Sic tenent Ioan. Andr. & Dominicus eo cap. Romana, Panormitan. dicto num. 7. Neuo num. 35. Syluest. absolutio 2. quest. 8.

D V B I V M XXXVII.

An qui iuste damnatus ad pœnam pecuniariam appellauit ex causa omnino falsa, quia scilicet negauit iniuste, & falso, & testibus falsis se tueri, cum tamen sit plene probatum delictum, & pœna pecuniaria sit lege statuta, an, non obstante appellatione, teneatur ad pœnam.

**V**idetur teneri, quia appellatio est friuola, cum ex causa omnino falsa, & delictum plene probatum sit: si enim non esset plene probatum, ex hac parte esset iusta appellatio, quia absque plena probatione iniuste damnaretur: at appellatio friuola non suspendit. Item, quia hic tenebatur non appellare: & sic tenet Beia casu 65.

At dico primò esse satis probabile non teneri ad pœnam, donec per iudicem appellationis confirmetur sententia; quia talis appellatio facta intra debitum tempus, scilicet quinquè dies, si est in foro seculari in hoc regno Hispaniæ, & decendium, si est in tribunali Ecclesiastico, vt dixi supra dub. 32. suspendit sententiam, & per consequens illa non obligat, non fuit admissa, vel iudex à quo est inhibitus per iudicem ad quem: & in hoc casu non est dubium, quin suspendat, vt dixi supra dub. 32. vel non est admissa, & adhuc suspendit: quia tenebatur admittere, cum non notorie constaret falsam esse causam, vt ibi late probauit; maxime, quia hæc est appellatio à diffinitiuam, in qua non est necesse exprimere causam, & potest iustificari ex nouis actis, vt dixi dicto dubio 32. & sic non potest constare iudici quid allegauit in appellatione, vt ipsi non deferat. Hoc constat ex dictis dicto dub. 32. vbi à Doctores allegati. Et sic tenentur docti recentiores à me consulti; & videtur tenere Palac. lib. 4. de contract. cap. 5. fol. 273. pag. 2. ante §. porro frater, vbi dicit non teneri reum ad pœnam, donec vltima sententia damnaret.

Secundò dico hunc teneri non prosequi litem, & nullas alias diligencias facere, sed omittere litem, vt ex allegatis feratur sententia. Ratio, quia est lis iniusta. Sic docti recentiores.

Vltimò dico teneri ad expensas parti contrarie sicut lib. 2. summa, cap. 22. num. 22. & lib. 10. de matrimo. dist. 8. num. 14. diximus ex communi Doctores, reum, qui negauit delictum iniuste, non teneri ad pœnas, bene tamen ad expensas. Sic docti recentiores; iuxta enim hanc sententiam procedunt hic dicta; qui enim tenent hunc reum teneri ad pœnam, à fortiori hic dicent idem.

DV BIVM XXXVIII.

*An appellans à sententia lata post terminum à lege præscriptum, utendo aliqua cautela, teneatur alteri restituere, quod per priorem sententiam illi erat debitum, in super & supplicationis expensas.*

**I**uxta Regni leges taxatur terminus, intra quem liceat à sententia lata appellare, aut supplicare, ut patet lib. 4. nona recopil. tit. 18. l. 1. & tit. 19. l. 1. & si pars intra illum non appellavit, aut supplicavit, sententia transit in rem iudicatam, sic enim dicitur in illis legibus, *Si despus del dicho termino suplicare, la suplicacion no valga, y manden los oydores dar, y den carta executoria de la tal sententia, como de sententia passada en cosa iurgada.* Dubitatur ergo an si iniuria, aut oblivione partis, aut procuratoris supplicatio intra dictum terminum non interponitur, v. g. si sententia venit in partis notitiam tertia die Februarij, delere tertiam, & scribere quartam, ut vel sic non sit transactus terminus, teneatur ea cautela utens, & pars, quæ supplicat, restituere alteri quod per priorem sententiam, quæ transferat in rem iudicatam, illi erat debitum, in super & supplicationis expensas. Sic

**1** Prima conclusio. Quando manifestè constaret sententiam latam contra hunc appellantem fuisse iniustam, vel quia nitebatur falsæ præsumptioni, vel quia ex pravo iudicis affectu procedebat, tunc quamvis peccaverit appellans utendo prædicta cautela, nullam tamen alteri parti intulit iniuriam, ac proinde nil tenetur restituere.

**2** Secunda conclusio. Quando verò non constaret de iniustitia sententiæ latæ, sed potius utriusque partis ius esset dubium, id quod communiter solet contingere, & in quo est difficultas, hic appellans, qui prædicta fraude usus est, tenetur restituere alteri parti expensas, quas fuit in causa, ut alter faceret, & in super damnum, quod illi intulit, utendo illa cautela in appellando. Ratio est, quia pars vincens per sententiam in suum favorem latam; & quæ transacto termino ad appellandum præscripto, transiit in rem iudicatam, acquiritur iam ius iustitiæ ad recuperandum damnum sibi illatum absque ullis novis expensis faciendis, & pars victa tenebatur ex iustitia parere sententiæ latæ. Nec obstat quòd alicui videri possit hunc appellantem posse excusari à restitutione, eo quòd lex præscribens terminum appellationis sit condita in penam iniuriæ, seu negligentie non appellantium, atque ita non obliget ante condemnationem; quia hæc lex non fuit præcipue condita ad puniendam culpam eiusmodi iniuriæ, seu negligentie, sed est iusta iuris dispositio ad obvianda plura inconuenientia, & ad finiendas lites, sicut leges de rerum præscriptione: quamvis aliquando supponant negligentiam, vel incuriam in re propria petenda, non ideo sunt leges penales. Ita docti recentiores, quibus visum est tolerari posse, quòd hæc restitutio non fiat in integrum, sed secundum dimidietatem, vel aliquid amplius; quia quamvis verum sit, quòd hic appellans commisit iniustitiam, adhuc etiam est verum, quòd præcipua, & primaria intentio legis præscribens

terminum appellationi, non est præbere ius alicui parti, nisi post tres sententias: secundario autem, & minus principaliter intendit lex, quòd si appellatio non fiat in tempus præscriptum, detur parti vincenti eiusmodi ius, siue per vnam, siue per alteram sententiam: atque ad eò videtur, quòd illata iniustitia non sit ita magna, ac propterea quòd hæc de causa possit aliquid detrahi ab integra restitutione. Quæ limitatio non est mihi improbabili.

DV BIVM XXXIX.

*An si postquam transiit sententia in rem iudicatam, altera pars non alleget appellationem esse nullam, sed acta proseguatur, ac si appellatio esset valida, postea allegare appellationem fuisse nullam, vel sibi noceat dicta proseguutio.*

**S**ententia transit in rem iudicatam, eo quòd pars non appellavit intra terminum, vel conditionibus iure præscriptis, ut appellatio teneatur, in quo casu si altera pars non alleget appellationem esse nullam, sententiamque iam transiisse in rem iudicatam, sed acta proseguatur, ac si appellatio esset valida, dubitatur, an possit postea allegare appellationem fuisse nullam, vel sibi noceat dicta proseguutio.

**S**ic conclusio. Nullo modo huic nocet dicta proseguutio, sed potest quodcumque allegare appellationem fuisse nullam, & sententiam iam transiisse in rem iudicatam. Ita habetur expressè *Clement. si appellatioms, de appellat. vbi etiam Innoc. & Glossa; & reddit rationem ibi Glossa verbo appellatus, & Aimon. consil. 27. 3.* quia cum iam prior sententia transiit in rem iudicatam, perinde est, ac si fuisset vltima sententia lata à iudice appellationis, quam Hispani appellant, *sentencia de revista.* Et sicut lata hæc sententia expirat iurisdicctio illius iudicis appellationis, qui iam functus est munere suo, ita lata prior sententia, quæ iam transiit in rem iudicatam, expirat iurisdicctio iudicis appellationis, & sic cum non sit legitimus iudex, potest id quodcumque altera pars allegare, sicut si litigaret coram homine privato.

**H**inc infert Glossa eodem vers. *appellatus*, referens Hostiensem, quòd adhuc lata secunda sententia potest pars allegare secundam esse nullam, licet ea primam reuocauerit, quia secunda fuit lata à non suo iudice; quando enim prima sententia per appellationem suspensa est, bene tenet secunda sententia contra primam; sed quando cessat prædicta suspensio, quia appellatio non tenet, eo quòd sententia prima transiit in rem iudicatam, non valet secunda, sicut non valet, si appellatum non fuisset.

DV BIVM XL.

*An meri executores, seu quibus nudum ministerium aliquid exequendi à summo Pontifice committitur, possint contradicentes, seu executionem impediendes excommunicare.*

**V**plex est sententia. Prima dicitur posse, quia aliàs delusoria, & sine exitu esset talis commissio. Item probatur per cap.

DV BIVM XLII.

*An si causidicus pactum ineat cum clientulo de aliquo sibi dando, si victoriam litis obtinuerit, & victoria obrepta detur præmium promissum, teneatur causidicus id restituere.*

**R**atio dubitandi est, quia *l. 8. tit. 16. lib. 2. nona recopilat.* vbi huiusmodi pactum interdictitur, sic habetur: *Mandamos, que ningun abogado pueda hazer partido, ni iguala con la parte, que le da cierta cantidad, ni otra cosa alguna por razon de la victoria del pleito.* Et verbum, *no pueda*, reddit omnino inhabilem ad recipiendum, ita vt recipiens teneatur restituere, vt latè habes supra dub. 1.

**P**ro altera parte, quòd scilicet non teneatur restituere, est, quia aliud est, *no puedan auer, ore cibir*; quia tunc, *non possint*, cadit supra receptionem, & reddit ipsam nullam, & sic receptum est restituendum: aliud est, *no puedan hazer pacto*, quia si contra fiat pactum, nullam inducit obligationem, & sic non tenetur clientulus, cum quo pactum est initum, aliquid solvere: at si soluat, non teneatur causidicus acceptum restituere. Vnde Couart. *regula peccatum 2. part. §. 2. num. 7.* inquit, licet conventiones, & pacta, in quibus ex utraque parte versatur turpitudine, iure reprobata, & nulla sint, id procedit ad hunc effectum, vt ex iis agi non possit, nec teneatur quis promissa seruare: non tamen ad hoc, vt datum sit restituendum, & tunc acceptum erit restituendum, quando conventiones iure sunt reprobata, & nullæ ex defectu solemnitatis iure requisitæ, vel ob deficientem legitimam consensum paciscentis ad perfectam rei promissa translationem. Ad constar huiusmodi pactum non esse iure nullum ob defectum solemnitatis, & consensum; ergo virtute illius acceptum non est restituendum. Item quia licet stipulationes turpes nullus sint momenti, *l. generaliter, ff. de verb. obligat.* Ad id procedit ad hunc effectum, vt promittens non teneatur solvere: non tamen ad hoc, vt si soluat, sit restituendum, vt optimè Nauarr. *cap. 17. Hispan. num. 33. Lat. num. 30.* Ergo licet pactum illud causidici nullum sit, id erit ad hoc, vt clientulus non teneatur fidem seruare; non tamen ad hoc, vt si seruet, teneatur causidicus restituere, sicut si lex dicat, non possis acquirere lucrum taxillorum ludo partum, lucrans tenetur restituere: at si lex diceret, non possis ad taxillos ludere, ludens peccaret: at non teneretur lucrum restituere. Item quia Doctores omnes de hæc tractantes licet dicant peccare causidicum, qui huiusmodi pactum inuit, at nullus eum damnat ad restitutionem. De hac re consului Enriquez, & respondit mihi ex Salmantica hæc verba, *Nullo modo tenetur causidicus restituere sic acceptum; quia hæc lex non est taxatoria salarij, sed prohibitoria periculi propter presumptionem.* Et hæc sententia est tenenda.

Qq 2 DV BIVM

*cap. ex literis, & cap. prætoræ, de offic. deleg. & exemplum huius ponit Panorm. dicto cap. ex literis, vt quando Auditores excommunicauerunt in curia, & committunt alicui, vt alicubi denunciaret illum excommunicatum, hic commissarius si impediat, ne denunciaret, potest impediens, seu contradicentem excommunicare. Sic tenet gloss. eo cap. ex literis, & cap. super quæstionum, eodem tit. & cap. fin. eodem tit. vers. commissum. Hostiens. eo cap. ex literis, & ibi Panorm. num. 4. dicit esse satis probabilem. Et eam sequuntur Vincentius cap. fin. eodem tit. & ibi Immo. num. 16. cum hac limitatione, nempe quando executor non præsens in curia, secus quando est præsens, quia potest recurrere ad delegantem, vt excommunicet, & coëreat contradicentes.*

**2** Secunda opinio probabilior ait non posse. Probatur ex cap. finali, *de offic. deleg.* vbi absolute dicitur hos executores nullam habere iurisdictionem; ergo non possunt excommunicare, cum hoc requirat iurisdictionem: sic ergo tantum id poterunt, quando vltra executionem apponitur in commissione clausula, *contradictores compescendo*, vel alia similis. Nec obstat cap. ex literis, quia respondet Panorm. dicto cap. finali, *ibi*, delegatum delegasse vires suas, quo ad actum excommunicationis. Nec obstat cap. prætoræ, quia *ibi* loquitur de iudice. Sic Panorm. dicto cap. ex literis, num. 4. & dicto cap. fin. §. ceterum, num. 5. & *ibi* Host. Ioan. Andr. vtraque loco.

DV BIVM XLI.

*An iudex alicuius oppidi dominorum temporarium, qui per aliquod tempus de licentia domini absit, debeat integrum salarium illius absentia temporis percipere.*

**D**ico teneri dominum integrum persolvere salarium. Probatur ex *l. hac lege, C. de proxim. sacro. scrib. lib. 12.* in illis verbis, *vt qui liberam proficiendi licentiam pro nunciacione commectus aduersus fuerit, sine qualibet stipendiiorum, aut emolumentorum peregrè degat.* Per quam notat *ibi* glossa, quòd clericus, qui fuit absens de licentia Papæ, debet habere præbendam pro toto tempore absentia; ac si esset præsens, & Bart. ex eadem lege dicit *ibi*, nota quòd si ciuitas Perusij concessit alicui suo stipendiario licentiam, vt iret Alemariam, vel ad bellandum, & staret certo tempore absens, quòd debet habere stipendium, sicut si principaliter seruiret, & eodem modo si concederetur licentia potestati, vel Capitaneo. Idem Alexand. in *addit.* ad eundem Bart. idem Lucas de Penna *ibi*. Idem glof. sal. 3. §. si ad diem, ff. de re milit. quam ac notabilem allegant Baldus *l. si ea condicione, C. de condit. Alexand. ad Bart. l. 1. §. diuis, vers. quaro quid, num. 17. ff. de varijs, & extraord. cogn. Iason l. diem functo, n. 31. ff. de offic. assessor. dicens, quòd si Doctor, vel stipendiarius se abfentet cum licentia Principis, debet habere salarium pro eo tempore, quo absens extitit. Idem Gregor. Lopez l. 16. tit. 16. part. 1. verbo *otorgase*, Baeza de decima tutoris, cap. 1. num. 16. Auiles cap. 1. verbo *salario*, num. 12. vbi latè.*

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

## DUBIUM XLIII.

*An erit licitum aliquid donare iudicis concubina, ut faueat mihi apud illum, in eo, quod meam litem videat? &c.*

- V**idetur licitum, quia peto rem à prætoribus, quam potest bene facere.  
**R**esponderetur non licere: tum quia vtor amore turpi, & eo vt tali mihi patrocinari volo: tum, quia ipsa moraliter nequit bene facere; quia ipsam pergere ad alloquendum iudicem est mortale ratione scandali sui, cum exponat se vehementissimo periculo peccandi, & alieni, quia exponit alium eisdem periculo. Sic mihi, & aliis visum fuit post magnam de hoc altercationem.

## DUBIUM XLIV.

*An liceat alicui ex litigantibus informationes alterius partis subripere.*

- D**ico primò, id nullo modo licere, sed potius esse contra iustitiam; quia cum lis sit dubia, alter habet ius iustitiæ ad seruandum ea, quæ sibi possunt, contra quod ius facit ille, qui extrahit informationes alterius partis illinc, vbi ab ea reseruabantur, quia in dubio liti sibi vsurpat rem alienam cum notabili damno alterius litigantis, armis valde imparibus contra illum dimicat, sciens fundamenta sui aduersarij penitus ignorantia ea, quibus alter nititur.  
**H**oc limita, nisi fortè litigans obiter informationes inuenit; tunc enim licite potest illas cape-

re, & illis vt ad tuendam partem litis, quam iuste defendit; quia vtitur iure suo, nec iniuriam irrogat alteri parti.

Dico secundò esse peccatum mortale petere ab impressore, vel à famulo iudicis, seu Auditoris, vel ab amanuensi Aduocati, vt prædictas informationes capiat, & tradat litiganti. Ratio est, quia si ipse litigans non potest illas iuste capere, à fortiori non poterit ab altero petere, vt illas capiat; præsertim, quia alij teneatur ex iustitia seruare secretum tanquam persona, quibus altera pars, vel index, vel Aduocatus confidit. Ita docti iuniores.

Dico tertio, duæ præcedentes conclusiones intelligendæ sunt, quando litigans non esset certus, quòd aduersarius subripisset suas informationes: nam in tali casu sibi posset licite recompenfare, capiendò etiam aduersarij sui informationes: & si impressor, vel famulus, aut amanuensis haberet eandem certitudinem, posset etiam eas illi tradere, quia id esset iuuare ad iustam recompenfationem.

Dico quartò, quando litigans non potest prædictas informationes capere, iuxta dicta in prima conclusione, non potest Aduocatus illas recipere, nec amanuensis illas scribere; quia licet studium Aduocati, & actio scribendi sint res indifferentes, at litigans vult illis abuti contra iustitiam, immo nec in dubio, an litigans peccauerit capiendò prædictas informationes, poterunt Aduocatus, aut amanuensis prædicta facere, quia quod communiter contingit, est perperam, & iniuste illas vsurpare, & rarissime oppositum accidit, nisi, vt dictum est, constaret alteram partem prius prædicti litigantis informationes vsurpasse.

F I N I S.

INDEX



## INDEX

Rerum, quæ in hoc primo tomo Consiliorum moralium continentur.

*Primus numerus librorum; secundus libri caput; tertius capituli dubium; quartus denique, & sequentes, eiusdem dubij sectiones margini adscriptas demonstrant: at vbi vnus solus est numerus, is intelligitur esse marginalis dubij proximè prænotati.*



**A**  
**B** **B** **A** s, vel Abbatissa, an possit præsentare, quando præsentatio pertinet ad monasterium. lib. 2. cap. 3. dub. 71. num. 14.  
 Abbatia, vide *Beneficium*.  
 Abbatissa, v. *Abbas*.  
 Absens, v. *Præsentari*.

Absens si præsentetur, & præsentatio teneat, intra quod tempus debeat præsentationem acceptare. 2. 3. 71. 6

Absolutus an possit, dum procurat dispensationem, seu revalidationem tituli, vel sit cogendus statim resignare, qui simoniace, vel existens excommunicatus obtinuit beneficium. 2. 3. 123. 1

Absolutio ab excommunicatione per ordinarium lata, an teneat, si superior, qui aditur, sit iudex competens, & absoluat. 3. 1. 35. 17

Et quid si non sit iudex competens, & absoluat, an teneat, vel debeat fieri remissio ad superiorem. ibid.

Absolutio ab excommunicatione lata ab Episcopo post appellationem ad Papam an possit coram Archiepiscopo peti ad cautelam. 20

Absolutio facta à delegato post appellationem ad delegantem, an teneat, si ad eum fiat remissio, vel recipiatur appellatio, licet remissio non fiat. 3. 1. 35. 32

Absolutio facta à legitimo iudice absque citatione partis, an sit iusta, & teneat. 3. 1. 36. 5, & 6

Absolutus ab excommunicatione, vide *Dispensatus*.  
 Abstineret, vide *Ieiunare*.  
 Abstineret, vide *Ieiunare*.

Accendentes furnos, vide *Festum*.  
 Acceptio personarum quid sit. 2. 1. 1. 1

Acceptio personarum directe opponitur iustitiæ distributiue. 3

Acceptio personarum tantummodo locum habet in his, quæ ex iustitia debentur. 5

Acceptio personarum in quibus rebus committatur. 8  
 Et quale peccatum sit. 9  
 An verò committatur in honoribus exhibendis. 2. 1. 40. à 3. ad 14.

Acceptio personarum an locum in iudiciis habeat. 2. 1. 41. 1, & 2  
*Th. Sanchez Consil. moral. Tom. I.*

Acceptio personarum an habeat locum in his, quæ in fauorem iudicis conceduntur. 3

Et an committatur acceptio personarum in iis, quæ in causam fauorem concessa sunt. 4

Acceptio personarum an sit definire aliquam causam prius quam antiquiorem aliam. 7

Acceptio personarum an committatur in rebus exigendis, quando non seruatur debita proportio ad causam pro qua imponuntur. 2. 1. 42. 1

Acceptio personarum an sit eximere aliquem à rebus ex rationabili causa. 2

Acceptio personarum an possit contingere in aliis legibus ferendis. 3

Acceptio personarum an sit dispensare facilius in matrimonio contrahendo cum diuitibus, quam cum pauperibus. 2. 1. 44. 4

Acceptor personarum an sit, qui considerat aliam rationem ad rem, quæ confertur, non congruentem, licet sit congruens respectu alterius. 2. 1. 1. 4

Acceptor personarum non est, qui, omisso extreme indigenti, confert elemosinam amico non indigenti. 6

Acceptor personarum an sit qui excludit inimicum, quando ex propriis bonis inuitat omnes cines ad cenandum, vel donat aliquod pretium communitati, vt distribuat ciuibus pro meritis, vel illis pareat conuiuium. 7

Acceptor personarum an sit Princeps remittens vni penam, alteri verò non, eodem crimine, & circumstantiis existentibus. 2. 1. 41. 8

Acceptor personarum an sit Prælati qui simili causa existente dispensat cum vno, & non cum alio. ibid. & 2. 1. 42. 1

Et quid si dispenset cum aliquo absque iusta causa. 2

Quid verò dicendum de eo, qui cum in aliquo inueniantur omnes cause iustæ, non vult cum illo dispensare. 3

Acceptor personarum an sit pater in successione hereditaria filium minus dignum, vel indignum cæteris præferens. 2. 1. 4. 3

Et quid si eligatur filius indignus à parente, vel ab alio domino bonorum ad maiorum per ipsum institutum, cui iurisdicatio, seu administratio annexa est. 4